

DE BO  
NITATE DIVI  
na, Liber secundus.

ARGUMENTVM:

 VAndoquidem libro primo, qui triſſ sequentium est quasi Epitome quædam, dictum est diuinam bonitatem eſſe contemplandam potiſſimum in perſonarum trinitate, verbiq; incarnatio ne: in virginis item beatissimæ Mariæ perſectione: poſtremo in natura tam humana quam angelica. Quæ omnia quamuis in primo libro tracta ta ſint, quantum contemplatiuiſ perfectiſq; ſufficeret ne tamen imperfectis ac ingenio tardioribus deſit q; diuinam intelligentiā bonitatem, eandem materiam author non multum diſpari argumento per exhortationes reſumpſit, vt quibus ſpeculatio minus con gruit, confeſat vel aliquid exhortatio moralis. Eam obrem tres posteriores priori coniunxit libres, quo rum quiuiſ per Titulos, Tituli vero per exhortationes partirentur Secundus itaq; de bonitate dia uina liber immediate ſubsequens potiſſimum agēs de perſonarum trinitate, Christiq; humanitate, contineſ Titulos ſemp̄tem. Primus: De Incarnatione verbi, & annuntiatione beatae Mariæ. Secundus: De naſ uitate Christi. Tertius: De apparitione & triuim Magorum adoratione. Quartus: De Christi paſſione & reſurrectione. Quintus: De eiusdem ascensiōne in cœlum. Sextus: De ſpiritu ſancti miſſione. Septimus: De corporis & fanguinis Christi commu niōne. Et quilibet horum titulorū per certas (vt patebit) Exhortationes partitus tractabitur.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.  
DE INCARNATIONE  
verbi, titulus primus

¶ De redemptiōe humani generis per  
incarnationem & passionem filij dei  
imperata, opere videlicet maxi  
mo diuinæ bonitatis.

Exhortatio I.



Mat. 6  
Luca. 11

Terecum. 23

Roman. 8

Baruch. 3

CCE virgo concipiet & pariet filium,  
& vocabit nomen eius Emmanuel. Isa  
iae 7. Hodie na die pater noster qui  
est in celis, imo qui replet terram &  
celos, & vniuersa potentia maiestatis  
sue, illustratione sapientiae sue, suauita  
te bonitatis & charitatis sue, pro nobis (in filios cō  
sortiū beatitudinis sua adoptandis) fecit mirabilia  
magna valde. Ipse siquidem deus creator omnis  
um, manens incommutabiliter quod erat, factus est  
veraciter creatura & homo, vt nos participes diui  
nitatis sue efficeret. Venit in nostra assumendo pas  
sibilitatem, mortalitatem, & seculi huius ærumnas,  
quaे sibi sunt aliena: vt sua nobis largiretur, puta grā  
tiam & dona spiritualia, & reduceret ad ea quaे quon  
dam erant nostra, sc̄ ad statum rectitudinis, impa  
sibilitatis ac immortalitatis. Hac eadem die idem ipse  
piissimus dominus saluator noster Iesus Christus,  
post p̄nententiā (quam pro nobis sc̄ cit omnibus die  
bus vita sue) post p̄nentiam, in quam, quia nota  
bile est & iugi gratitudinis memori ad ignum, post  
etiam conuersatus est cum hominibꝫ virtuosissime  
& gratosissime, & in miraculis gloriosissime, post p̄  
sequutiōes & ingratitudines pessimas, post maximas  
tristitias & iniurias, suscepit omnium hominum p̄c-

HVI.  
ONE  
ris pe  
laxi  
variet  
manu  
er uide  
terram  
ca maiest  
in fove  
a (in illis  
ecce muni  
creatores  
er; fide  
armipes  
fumend  
us arm  
erus, pug  
ca qu  
pudicit  
er die sibi  
fus Christ  
e omnes  
cam, qu  
a ignis, p  
la virtutis  
dilectio, p  
poli man  
bonorum  
DE BONI. DIVINA LIB.II. Fol.64

nas excedentia grauissima crucis tormenta, ac crude  
lissimā ac confusissimā mortē, vt nos à gehennæ in-  
cendijs ac tormentis, sempiterna quoq; cōfusione libe-  
raret, & ppetua nobis gaudia daret, Habebat em̄ sup  
se mensurā peccatorū oīm hoīm, q̄ int̄sue grauabat  
sup oīa tormenta. Sic hodie redempti sumus fratres  
mei, nō q̄ facilioris redēptionis modi deo defuerint  
sed vt diuitias dulcissimi amoris sui, & misericordia  
ris ac gratiae abundantia nobis aptius demōstraret,  
& efficacius nobilē hoīs mentē ad reamandū puocas-  
ret. O infelicia corda, & omni duritia duriora, q̄ ad  
talē amoris ignē nō liquecūt, q̄ tanta ac talia p̄ualuit  
operari in deū. Quia yō ad redēptionē nostrā neces-  
sario assumenda erat eadē natura q̄ in Adā ceciderat  
ne obsequium quasi ex necessitate esset, & cū iniuria  
(est em̄ homo dñs suorū actuū) requirēndus erat cō-  
sensus vnius fccminæ de filiabus Adæ, q̄ substatiā hu-  
manæ carnis subministaret, cōceptū in vtero porta-  
ret & aleret, post partū vestiret, nutriret, atq; gesta-  
ret. Quā ergo elegerat deus, aptauerat sibi, vt talis es-  
set q̄ diuinā deceret maiestatem, q̄ nō erat carnalis,  
nec secularis, nec turpis, nec vilis: sed diuinis duntas  
xat apta & digna vīibus. Talis q̄ nunq̄ diuinā maiestatē  
offenderat, nunq̄ displicerat, sed semp placu-  
erat, qd singularissimū ē, nec inuenit in vlo puro ho-  
mine, nisi in ea sola. Talis deniq; q̄ esset omni spūali  
decore exornata, & omnibus diuinis charismatibus  
referta: nec similē in terris habetur, inter hoīes, nec  
inter angelos in cœlis. Vnde ab angelo officiosissime  
salutata, appellat̄ gratia plena. Iḡ electa & req̄sita  
verecūda & humilis ygo, tādē cōsensum fideliter &  
obediēter p̄bens, hodierna die à deo impregnat̄, quē  
aluit emmanuel, ga nobiscū de⁹. Expta aut̄ erga se tā  
tā diuini munera charitatē, atq; dulcedinis largitatē  
totā se diuino ministerio deuotissime mācipauit, si-  
ne q̄rela in prefecta Christi imitatione seruiendo, &

Lucæ.8

Lucæ.1

D: PETRI LEYDIS CARTHVS.

hodierna die reuolutis annis 34. in compassionē vltra martyrium vtputa talis mater, tali filio, in tali necessitate condolendo, gladium doloris sustinendo. Est vero deuoto eius ac fideli seruitio, necnō & dolorosae compassioni digna & gaudiosissima tam in terris quam etiam in ecclis subsequuta retributio. Ecce in quot & quantis mirabilibus hodie per virginem (quae in hebreo ahalma dicitur) nobiscum est deus. Per eam enim omnē salutem nobis dare voluit, quam etiam hodierna die nobis sub cruce typice matrem dedit, dicendo ei in quo est gratia, id est, Iohanni: Ecce mater tua: Dicitur vero beata virgo Maria ahalma, quia puella abscondita ceteris eminentior & notior (hæc est enim interpretatio eius vocis) Eminenter gratia, & gloria notior, in veteri & nouo lege vniuersis. Et nos dilectissimi fratres ut participes esse valeamus tantæ salutis, studeamus esse in veritate coram oculis iudicis cuncta cernentis & discernentis, quod esse tenemur secundum professionem nostram. Nos enim debemus esse virgo iuxta Apostolum unius viro Christo despensata, non multis viris, nec alij quam Christo. Nos ahalma abscondita sumus, quia in ecclesia dei Carthusienses magis absconditi, & eminentiores & notiores praeceteris religiosis, id est, deo seruientibus (cum non sit aliud religiosi dei seruitus) habentur in austерitate vitae, in abstinentijs, in cilicijs, in iejunijs, in vigilijs magnis, in silentio & solitudine, in vita puritate, in plena abstractione à secularibus negotijs, & continua occupatione diuinorum, quasi cum angelis iugiter astates diuino conspectui, & delicij atque amplexibus spiritu Iesu iugiter perfruentes, & in ceteris quæ ad perfectionem pertinere noscuntur. Vnde & mellifluus doctor S. Bernardus gaudens Christianæ deuotiōis & religionis preciosissimam portionem, quæ carlos tangere videbatur, & mortua erat, in Carthusienis

Isaie. 7

2. Cor. xi

Bernard.

DE BONI. DIVINA LIB.II. Fol.6,

bus fratribus reuixisse, scribendo ad fratres Carthus  
siēscs mōtis dei, ait: Altissima est professio vestra, cō  
los transit, par angelis est, angelicē similis puritati.  
Non enim voūstis omnem sanctitatē, sed omnis san Psalm. 118  
ctitatis perfectionē, & oīs cōsummationis finē. Nō  
enim vestrū est lāguere circa coīa p̄cepta, neq; hoc  
solū attēdere qd p̄cipiat deo, sed qd velit. Probātes q̄  
sit volūtas dei bona, & beneplacens & pfecta. Aliorū  
est deo seruire, vestrū est adhētere. Aliorū est deo cre  
dere, scire, amare & reuereri, vestrū est sapere, intellis  
gere, cognoscere, frui. Ecce dilectissimi fratres, quām  
apte dici possum⁹ nos Carthusiēs ahalma, id est, pu  
ella abscōdita singularis p̄minētię & notitię. O vtinā  
quales habemur in oculis hominū & gloriāmū nos es  
se, tales in oculis domini in veritate essemus. Igitur  
mecū charitatē vestrā moneo, vt toto conamine vo  
luptates carnales & inutiles, atq; nociuas ad homines  
seculaires, & ad inuicē dulces venenatas affectiones &  
familiaritates mortificare studeamus, supflua oīa re  
niçiam⁹, cibū & potū sine desiderijs sumam⁹, nō cogi  
tātes qd ministrabitur, qualē saporē habebit, & vtinā  
hoc vel illud daref̄, &c. quę omnia carnalē animū os  
tēdūt. Sed hęc & oīa necessaria, p̄ sola naturę sustēta  
tiōe parce sumam⁹, oēs inferiores aīc vires quietātes  
sicut decet sanctos, vt supiores vires libere in deū flu  
ere valeant. Sic nobis nō adulterantibus cum concu  
piscētijs nostris, neq; cum vīla creatura, sed vt libe  
ratis à diabolo, nunciabitur plena gratia, id est, vita  
pfecta, &cī spiritu sancto fēcūdabimur in oīb⁹ bonis  
cōcipiētes & gustantes bonū dei verbū, vnde illumis  
nati & cognōcētes tāta diuina beneficia, haud dubiū  
ad religioitatē, id est cultū diuinū, accēdemur prō  
pta volūtate, quę est vera deuotio. Vnde & sanctus  
Thomas dicit: Deuotio nihil aliud esse videtur, quā  
voluntas quādam prompte tradendi se ad ea quę  
pertinent ad dei famulatum; quę secundum eundē

## D. PETRI LEYDIS CARTHVS :

Bernar.

maxime excitatur p ea quę ad Christi humanitatē p  
tinere noscūtur, sicut incarnatio & passio, quę hodier  
na die recolim⁹. Vnde Bernar. sup cantica dicit, Sup  
oia reddit te mihi amabilē bone Iesu calix quę bibisti  
Op⁹ nostrę redēptionis, hoc omnino amore nostrū fa  
cile totū vēdicat fibi: Hoc inquā est qđ nostrā deuo  
tionē & blādius allicit & iusti⁹ exigit, & carctius strin  
git, & afficit vehemēti⁹. Igitur in his dilectissimi fra  
tres imitatores dei genitricis facti, cū ea ad gaudia re  
surrectionis Iesu in p̄senti vita per nouitatē vite,  
& infuturo ad æternā beatitudinē citius pueniem⁹  
p̄stante eodem domino nostro Iesu Christo.

## ¶ De humilitate quam Christus in sua exhibuit incarnatione & passione, & matris eius humi litas quomodo imitanda

### Exhortatio. II



Exhortatio. II  
Espexit humilitatē ancillę suę. Lucę pri  
mo. Dies humiliationis dies humilitatis  
dies ista, in qua sup excellentiss. natura  
infimę naturę coniungit, scilicet deus li  
mo terrae in unitate p̄sonæ in qua crea  
tor factus est creature, incōphenibilis  
& infinita magnitudinis existens, clausus est in vte  
ro virginali, verbū dei incōmutabile, qđ attingit à fi  
ne in finem fortiter, & disponit omnia suauiter, fa  
etus est infans breuissimus, primo conceptus. Idem  
in se vita existens, & omnibus esse & vitam tribuēs  
atq; conservans, per curricula amorum, isto die pas  
sus, crucifixus & mortuus est. Dies ergo humiliati  
onis dies ista, & dies humilitatis, in qua respexit  
deus humilitatē ancillę suę. Quæ dies tāto ceteris  
dieb⁹ p̄clarior est, & singulari deuotiōe excolēda qđ

Sapi. 8

DE BONI. DIVINA LIB.II. Fol. 66

maiora ac mirabilia in ea p nostra æterna salute  
deus operatus est. In ea q̄ppe deus homo factus est.  
In ea deus passus & mortuus est. Et quis hæc excellē  
tissima diuina bñficia toto humano generi impēsa  
digne pp̄dere & estimare potest? Quis ea digne lau-  
dare, q̄s p eis dignas gratiarum actiōes & vicissitudi-  
nes deo reddere valebit? Vincit hæc dies sui magnis  
rudine seip̄sā, neq; em seip̄sā capere potest. Quapropter  
quasi radix virgorosiss. & fœcūdissima ramos duos  
expādit fortiss. in q̄bus fructu vberinos ad nostrā sa-  
lutē capiam⁹. operaq; diuina pp̄fici⁹ laudem⁹ & cumu-  
latius p cultū latrīz, p claritatē, p humilitatē p plena  
riā nostri resignationē v̄l morificationē nec nō & ce-  
teraz virtutū exercitrationē tātē diuinę humiliatio-  
nis & charitatis qualēcūq; vicissitudinē exhibeam⁹.  
Primus ramus est aduēt⁹ & nativitas dñi q̄ tpe diffu-  
sus recolitur incarnatio ybi. Secūdus ram⁹ est tēpus  
quadragesimalē, in q̄ latius dominica passio recēlet  
Horū vero bñficiorū radix & initiu est dies hæc in Phil. 2  
qua deus, propter nimiā charitatē suam qua dilexit nos  
misit filiū suū qui semetipsum exinanuit formā ser-  
ui accipiēs & humiliavit semetipsum, factus patri obe-  
diēs v̄sc ad mortē mortē autē crucis, dilexitq; nos Apo. x.  
& lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo & recō-  
ciliavit nos deo. Charissimi fratres mei aduertite ex  
his dictis, quā plen⁹ charitate venit ad nos humili  
Iesus. De humili matre nasci voluit, humiles hoies  
charitate formatos colligere intēdebat vt cœlos im-  
plerent, vnde angeli ceciderāt superbi. Ideo dicebat  
Discite à me, quia mitis sum, & humili corde. Et  
alibi: In hoc cognoscēt omnes quod mei estis di-  
scipuli, si dilectionem habueritis adinuicem. Signū  
ergo discipulatus Christi est mitis humilitas charita-  
tate informata. Humilitatem ergo in schola hu-  
milis magistri solius discere debemus exemplo  
sui. Noluit enim (Augustino teste) docere quod

Matt. xi.  
Iohan. 13.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

ipse non esset, noluit iubere quod ipse non faceret;  
Erubescat ergo homo esse superbus, quia humilis factus est deus. Vere erubescendum & dolendum, præcipue de religiosis superbis. Vnde ait sanctus mellifluus doctor Bernardus: Video & non parum doleo post spretam seculi pomparam, nonnullos in schola humilitatis superbiam magis addiscere, ac sub aliis mitis humiliisque magistri grauius insolescere, & impatiētes amplius fieri in clauistro, quam fuissent in seculo. Humilitatem ergo discamus charissimi fratres a pio magistro Iesu, ut secundum promissum suum postmodum exaltari mereamur. Ad humiles enim descendit, & modo dat gratiam & postea dat gloriam. Augustinus: Si te humilias, deus descendit ad te. Vnde & respexit humilitatem ancillæ suæ, & elegit eam in suam matrem, & descendit ad eam, & repleuit eam omni gratia & superexcellentissima gloria. Cum autem sit multiplex humilitas, forte ambiguum apud nonnullos esse posset, de qua potissimum humilitate verbū hoc beatissimæ virginis & matris Mariæ intelligentia sit. Omissis igit alijs, detribus modis humilitatis solummodo tangetur. Aliquando aliquis dicitur humiliis, hoc est, afflictus, sicut illud est de domino Iesu dictum apud Iсаiam: Nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum a deo, & humiliatum. Et in sacra scriptura similia habentur quasi innumeris vicibus. Beata vero virgo Maria in conceptione filij dei non fuit humiliata, id est, afflicta, sed valde lœtifica ta, & maximo gaudio replecta. Sed post 34. annos quando filius eius Iesus pependit in cruce, fuit vere afflicta. Vnde Bernardus: Stabat mater dolorosa, iuxta crucem lachrymosa, dum penderet filius. Cuius animam gementem, contristatam & dolentem pertransiuit gladius. O quam tristis & afflicta fuit illa benedicta mater virginis, &c. Vnde poterat dicere non incongrue illud Ruth: Ne vocetis me Noemi,

Bernard.

August.

Iса. 53

Ruth. I

DE BONI. DIVINA LIB.II Fol. 67

id est, pulchram, sed vocate me mara, id est, amaram  
quia valde amaritudine repleuit me omnipotēs. Cur  
enim vocetis Noem, quām dominus humiliauit &  
affixit omnipotens? Aliquando dicitur aliquis hu-  
milis, hoc est, infimæ conditionis, vilis, despicibilis,  
parui meriti, &c. Et verē hoc debet omnis homo de  
seipso agnoscere, quia ex se nihil est. Etiam' omnis  
homo potest se veraciter æstimare omnibus viliorē,  
comparando se ex eo quod est ex se, ad alios in eo qd  
habent à deo. Vnde dicit Apostolus: In humilitate su  
periores sibi inuicem arbitrantes. Et credibile est val  
de, sicut à quodam solenni doctore audiui, q̄ beata  
& humilis virgo Maria sic intelligi voluit hoc dictū  
suum: Respxit humilitatem ancillæ suæ: quia iustus  
in principio accusator est sui. Et valde ædificatiuū  
& compunctuum est q̄ beata mater Iesu de se humili  
liter senserit. Hoc putat venerabilis Beda dicens: Ec-  
ce quām vilia de se sentit, & totum gratiæ attribuit  
suo iudicio se humilem sentit. Aliquando aliquis dici  
tur humilis quia habet preciosam humilitatis virtu  
tem, quæ est quædam qualitas animi, qua reprimit se  
ipsum, ne feratur in ea quæ sunt supra se. Ad hoc autē  
necessarium est, vt aliquis cognoscat id in quo defi  
cit à proportiōe eius, quod suam virtutem excedit.  
Et ideo cognitio proprij defectus pertinet ad humili  
tatem, sicut regula quædam directiua appetitus, sed  
in ipso appetitu consistit humilitas essentialiter, Cū  
igitur sumus ex nihilo, & miseri, & peccatores, nec  
vinquam valemus nosipso veraciter & plene agno  
scere, hinc est quod sancti patres diuersas diffinitiōes  
humilitatis tradiderunt, propriam vilitatem innuen  
tes, sicut est illa Bernardi imitantis sanctum Augustini:  
Humilitas est virtus, qua homo verissima sui  
agnitione sibi ipsi vilescit. Hæc virtus excellentissi  
me fuit in Maria, quia secundum eundem Bernardū  
nisi super omnes se humiliasset, super omnes cœlos

Philip'. 2.

Tho. 2.2.

q. 161. ar. 3.

Prouer. 8

Beda.

Genesi. 3

Bernard.

August.

## D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

exaltata non fuisset. De hac virtute intelligendum pugnant sancti quod ait Maria: Respxit humilitatem ancilla sue. Vnde idem: Missus est ait. Sine humilitate (audeo dicere) nec virginitas placuerit. Super quem requiescat inquit, spiritus meus, nisi super humiliem & quietum? Super humilem dixit, non super virginem. Si igitur Maria humilis non esset, super eam spūs sanctus non requieuerit. Patet itaque quia ut de sancto spiritu conciperet, respexit humilitatem ancillæ sue potius de⁹ quam virginitatē. Et si placuit ex virginitate, tamen ex humilitate concepit. Vnde constat, quod etiam ut placeret virginitas, humilitas procul dubio fecit. Hæc ille. Et beatus Hieronymus in sermone de assumptione. Prima inquit, virtus eius est humilitas de qua gloriatur, &c. Nec hoc humilis virgo ex iactitia fecit, sed in laudem dei, & aliorum ædificationē, à spūsancto mota: quia inter prophetandum hæc verba protulit. Potest enim laudabiliter quis bona de se ipso dicere, certis circumstantijs obseruatim, maxime

Numer. 12 qn̄ à spūsancto incitatur, sicut fecit Moses, & sanctus Iob, & Paulus Apostolus, & alij plures. Sed vere hoc ipsum periculum est imperfectis. Igitur fratres charissimi, cum ex prædictis pateat dñm Iesum patrem nostrum, de quo scriptum est, quod est pater futuri seculi, humiliem fuisse & dominā Mariam matrē nostram, cui tanq̄ filij commissi sumus, cum diceret ei dñs. Ecce filius tuus, & ipsa nobis, dū dictum est Iohanni vice omnium nostroꝝ. Ecce mater tua, humilietur fuisse: non decet nos filios ipsorum expectantes hereditatem cœlestem esse superbos. Humiliemus ergo nos scdm prædictos tres modos, ut digneris dñs spūs sanctus respicere humilitatem nostrā, & super nos requiescere. Sim⁹ humiles, id est, afflicti propter peccata nostra, semper penitentes, in obseruantijs sacri ordinis nostri nos iugiter exercentes, in silentio, in solitudine, in feiunijs, in abstinentijs, in facris vigilijs,

Lucæ. 1

Isaiæ. 62

Numer. 12

Iob. 27

1. Cor. 9

2. Cor. 11

2. Timo. 1

Isaiæ. 9

Iohan. 19

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol.68

In obsequijs & laboribus humilibus & vilibus, exē-  
plo sanctorum Hugonis nostri, & Seuerini, & aliorū  
multoꝝ, qui consueuerunt in huiusmodi vilibus la-  
boribus alios præuenire. Studeamus propriam vilitā-  
tem, deformitatem, & miseriā veraciter agnoscere,  
nobis ipsis vilescere & ab alijs viles velle putari, cor-  
reptiones humiliter tolerare. Discamus nos ultra  
virtutem nostram non extollere, sed superioribus et  
majoribus nos subdere, ipsos diligere & reuereri,  
& æqualibus nos non p̄ferre. Beatus q̄ hunc gradū  
adept⁹ fuerit: sed beatior q̄ se nouerit c̄q̄lib⁹ subdere,  
nec se p̄ferre minori: multo beatior, q̄ poterit se m̄i-  
norib⁹ subdere. Dicamus q̄tidie suspirijs in orationis  
bus nostris. O desiderantissime & charissime pater  
dñe Iesu, dona nobis veram humilitatem. O piissima  
& dulcissima mater dñia Maria, impetra nobis hanc  
virtutem, vt post humiliationem nostrā obtinere hę-  
reditatem cœlestem mereamur.

**Quāta dignitate creatura oīs in filiū dei  
incarnatione cōiuncta sit deo, & q̄ suauiter  
filiū beata Maria contemplata sit, & quō  
vtricq̄ benedicamus. Exhortatio III.**

 On auferet sceptriꝝ de Iuda & dux de  
fœmore eius, donec veniat q̄ mittend⁹  
est, & ipse erit expectatio gentiū. Ges-  
nes. 9.4. Satis est notū quātę letitię et  
laudis est hodiernæ diei solēnitas. Ho-  
die nāq̄ offensus dñis seruulis suis, irā  
suā in māsuetudinē ytit, & cōtinere noluit diuti⁹ mi-  
sericordias suas sed miserationes suas effudit super Psal. 144  
omnia opera sua. Creator quippe omnium, factus  
est hodie (quod olim promissum fuerat) creatura, vn-  
de eadem abundantiore dignitate & vicinitate con-  
iuncta est suo creatori, quam in creatione prima

D. PETRI LEYDIS CARTHVS

fuerat. Et ex hoc nunc nouo seruitio seruit omnis  
creatura creatori. Insuper agit in creatorem creatu-  
ra & influit, regit etiam eum, & quod est amplius, do-  
minatur eidem, præcipit & afflit. Angeli quippe ob-  
sequuntur & custodiunt, homines nutriunt, regunt,  
imperant, ligant, flagellant, & occidunt. Sol, luna, stel-  
lae & cœlestia influunt: venti, æstus, frigus, & pluuiia  
affligunt: cibus & potus reficiunt: diabolus tentat.  
Igitur benedicite omnia opera domini domino ho-  
die. Inter omnes em̄ supra nominatas creatureas, cre-  
atura humana specialiter est honorata, ex qua sola  
deus factus est homo, non solum ut illam honora-  
ret præ cæteris, sed vt lapsam, imo deperditam salua-  
ret ac recuperaret. Excedit istud omnem miseratio-  
nem, & omnia opera dei. Nec est factum simile opus  
in omnibus regnis creatoris. Hodie deus homo fact⁹  
etiam passus & mortuus est. Completis enim 34. an-  
nis vita mortalibus, opus redemptionis nostræ eodem  
die compleuit in cruce. Istud haud dubium ab exor-  
dio incarnatinois suę p̄scivit, quia ab instanti conce-  
ptiōis suę (tametsi in modico corpusculo) fuerat p̄f-  
etus homo intelligens & sentiens, sicut qđ erat in 34.  
anno. Hi anni numerati videntur in Psalmo illo de-  
uotissimo: Deus deus meus respice in me, &cæ. quā  
manifeste vitam de ventre matris, & passionem cru-  
cis in 34. versibus exequitur. Igit̄ plenissimo affectu  
& mentis iubilo, laudare, magnificare, & glorificare  
dignum est hodierna die deum & creatorem omnū  
nostrum vero saluatorem: Hæc est dies quam fecit  
dominus, exultemus & lætemur in ea. Laudate cœli  
& exultet terra, iubilate montes laudem quia consol-  
atus est dominus populum suum, & pauperum suo-  
rum misertus est. Dic tu natura humana præ cæteris  
illud Isaïæ: Miserationum domini recordabor, laudē  
domini annuntiabo, super omnia quæ reddidit no-  
bis dominus, & super multitudinem bonorum quæ lar-

3. Reg. 10

Psal. 117

Isaïæ. 49

Isaïæ. 63

DE BONI. DIVINA LIB.II. Fol. 69

gitus est, secundum indulgentiam suam, & secundū  
multitudinem miserationum suarum. Ergo hodie  
laudate dominum omnes gentes laudate eum omnes  
populi, quoniam confirmata est super nos misericō-  
dia eius. Dic ecclesia: Gaudens gaudebo in domino,  
& exultabit anima mea in deo meo. Sunt huiuscemo-  
di gaudiorum & laudum præconia in sacris scriptu-  
ris innumera. Horum materiam lucidissime videns,  
& viuacissime sentiens virgo perpetua mater dei Ma-  
ria, cum gaudio in laudes dei erupit, canens: Magni-  
ficat anima mea dominum, & exultauit spiritus me-  
us in deo salutari meo. Dixi lucidissime videns, & vi-  
uacissime sentiens: quia delectatio siue sensibilis, siue  
intelligibilis (quæ proprie dicitur gaudiū) prouenit  
ex coniunctione conuenientes, cum sentitur & cognoscitur.  
Itaq; omissa delectatione sensibili si debet esse  
delectatio spiritualis, seu gaudium cum laude, oportet  
vt id qd cōiungitur delectanti seu gaudenti, sit bo-  
num conueniens & cognitum: quia nihil amatur nisi  
cognitum. Oportet etiam vt ipsum cui debet fieri cō-  
iunctio sit amans id quod sibi cōiungitur. Oportet eti-  
am coniunctionem ipsam fieri actualiter. Quæ quan-  
to fuerit perfectior & firmior, tanto erit gaudium vel  
delectatio maior. Nunc applicando hæc ad proposi-  
tum nostrum, clarissimum est omni credenti, q; beata  
Maria mater dei gauisa est de deo sibi coniuncto, qui  
vtiq; est summum bonum simpliciter & infinitum.  
Cuius etiam cognitionem ipsa beata virgo accepit  
super omnes puras creaturas, super apostolos & pro-  
phetas, & ceteros prout potest deus in vita hac agno-  
sci. Hoc testatur venerabilis Albertus magnus in li-  
bro de laudibus Mariæ, coniunctionem eius & spe-  
culatiōem excessisse puri hominis contemplationē.  
Et hoc late probans, in fine concludit dicens: Con-  
cedimus q; beatissima virgo habuit statum medium  
inter statum simplicis viatoris, & statum simplicis cō-

Psal. 116  
Isaiæ. 61

Lucæ. i

Albertus.

## D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

prehensoris. Sed & Alexander Papa super Cantica  
aliquid altius sibi in hac vita ascribit, dicens. Ma-  
ster Iesu plures admissa est contemplari intuitu die  
uinitatem Christi. Quis pius homo fidelis non fa-  
cile hoc admittet? Nonne credibile est, quod ma-  
terna fiducia, & secura innocentia, deuotissima quo-  
que charitate per morta interdum desiderijs ardentissi-  
mis filium pulsauerit: Ostende mihi filii mi faciem  
tuam, faciem enim tuam requiro? Et quomodo cre-  
dibile est, filium Mosi precem exaudisse, & matris ne-  
gassem? Credibile omnino est, quod sicut filius matris  
cor intime lustrando omnia intrauerit ( quod susti-  
nendo & percipiendo, ac cognoscendo puro cordi, te-  
ste beato Bernardo, est gaudiosissimum) ita ipsa qua-  
si visitando cor filij in ipsum reintrauerit. Cogno-  
uit ergo sibi coniunctum bonum. Amavit eitam, imo  
super omnes: Vnde Albertus dicit, quod charitas

In libr. de Maria fuit maior adhuc in via, quam charitas ois  
creaturæ quo ad substantiam, sed non quoad actum.  
Modo vero in patria est maior, etiam quo ad actū.  
Coniunctio vero amati cum amate realiter in ea fa-  
cta est perfectissime & firmissime, nedum per gratis  
am, sicut in omnibus diligentibus deum, sed etiam p-  
assumptam humanitatem. In qua ei deus coniunctus  
est vt filius, & ipsa ei coniuncta est vt mater: quæ co-  
iunctio est firmissima, nec vñquam rumperur. Non  
est ergo illa creatura coniuncta deo vt Maria: quia  
ipsius filij est mater, cuius est deus pater. Coniunc-  
tio etiam per gratiam in hac adhuc mortali vita fir-  
missima fuit, quia fuit confirmata in gratia, fuit etis-  
am vt iam dictum est, perfectissima. Idecirco gaudis-  
um seu delectatio spiritualis ipsius matris dei Marie  
fuit nobilissima & purissima: & laus inde exur-  
gens deo gratissima. O fratres si liceret iam cum  
matre Iesu fabulari, & familiariter conferre de gau-  
dio hoc per mundi cordis accessum, & ipsi intime

Tob. 3

Psalm. 26

Exod. 33

DE BONI. DIVINA LIB.II. Fol.70

congaudere super gratijs sibi ( in bonum omnium nostrum ) concessis & ardenter desiderare aliquando videre gaudium eius , quando perpetue sibi gratulabimur , & in his sentire quasi plium respectum eius maternum & familiarem ad nos . O hoc debes ret esse studium nostrum . O quam iucunde moris etur , qui fidutiam puram habere meruerit Mariæ . Hinc benedicimus ei assidue , dicentes cōgaudēdo ( ut reciprocām benedictionē accipiamus ) . Benedic tu in mulieribus . Sed lumen & gaudium maximum his suboritur . Aperite fratres charissimi intelles etum & videte hoc lumen , expandite affectum , & impleamini gaudio magno valde . Cum matrem benedicimus pro donis quæ accepit , ipsi congratulando , statim sequitur filius benedicendus , qui in seipso est deus benedictus in secula . Hunc benedicimus qui excedit omnem intellectum , & vincit omnem affectum & maior est omni laude . Sed quia idem benedictus deus dei filius est etiam virginis filius , cogitemus quidnam sibi in quantum homo , boni acciderit , vt ipsi quoque congratulemur . Ille homo hodierno die creatus parua corporis mole , statim vtique agnouit se sine meritis ullis accepisse dei gratiam in excellentissimo gradu & coniunctum se verbo deo in unitate personæ , & alia multa quæ fileo , quæ coniunctio nobilior & excellentior , amor suauior , & illuminatio clarior extitit quæ in matre . Quid ergo putamus gaudijs in illo purissimo corde Iesu fuisse , & qd laudis & gratiarum actionis eum dedisse ? Excedunt ista longe ea quæ in matre fuerunt . Studeamus charissimi familiaritatem , sicut cum matre , ita & maxime cum filio , matre nos auxiliante , contrahere , ipsi intime congaudere , & optare ut aliquando ad illum perueniamus statu hoc est , in celū , vbi copiose filij & matris dulcedine

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

perfruemur, & ipsis intime congratulabimur. Qui desiderat experiri congaudia prædicta, occidat necesse est omnes immundos amores, & solum deum puto diligat.

¶ Quam congrue incarnatione diuina per angeli annunciatione facta sit, & ad sacerdotes commonitio.

Exhortatio III.



Iesus est angelus Gabriel a deo, in cistatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui non mē erat ioseph de domo Dauid, & non men virginis Maria. Luc 1. Quid hic ponuntur tot propria nomina, factum est ad ostendendum certitudinem historiæ. Hodie dies humanæ salutis dedicati sunt. In ea quippe deus homo factus est. In ea homo deus passus est, in ea idem annuntiatus est. Primum in aduentu & nativitate domini festiu agitur. Secundum circa paschalia festa recolitur, Tertium præsenti solennitate peragitur. De ipsa igitur annuntiatione inter nos fratres tractatur, dico q ipsa annuntiatio valde congrue facta est. Primo quidem, ut seruaretur congruus ordo coniunctionis filij dei ad virginem, vt scilicet prius mens eius de ipso filio instrueretur, quam carne eum conciperet. Vnde Augustinus dicit in libro de virginitate: Beator fuit Maria percipiendo fidem Christi quam concipiendo carnem Christi: Et postea subdit, Materna propinquitas nihil Mariae præfuisset, nisi felicius Christi corde quam carne gustasset. Sic charissimi fratres quotidie satagate, primo pura mente Christum dominum recipere, quam ore eius sacramentum accipere. Secundo, ut ad insolitos virgo non pa-

August.

DE BONI. DIVINA LIB.II. Fol.71

uesceret effectus, ut inquit sanctus Leo papa. Si enim impregnata fuisset ignara mysterij, merito vehemen-  
tissime fuisset perturbata. Nunc vero edocta per an-  
gelum certior testis huius sacrameti efficitur. Et voe-  
luntaria sui obsequij munera deo offeres, maxima si-  
bi gratiarum merita cumulauit. Sic nos fratres prom-  
ptissimam in dei seruitio voluntatem offeramus. Ter-  
tio ut ostenderetur esse quoddam spirituale matrimon-  
ium inter filium dei & humanam naturam, & ideo  
per annuntiationem expectabatur consensus virgi-  
nis loco totius humanæ naturæ. In hoc matrimoniu-  
m consentiamus & nos: quia deus dignatus est es-  
se sponsus animarum nostrarum. Et singulæ animæ  
conciipient Christum, ut inquit Ambrosius, quam  
spiritualem conceptionem præcedit etiam annuncia-  
tio, scilicet prædictio fidei. Præfata etiam annuncia-  
tio cōgrue facta est per angelum. Primo quidem, ut  
in hoc seruaretur etiam diuina ordinatio, secundum  
quam mediantibus angelis diuina quæque ad homi-  
nes peruenierūt. Quapropter angelii qui intellectum  
nostrum illuminant, semper in celis vident faciem  
patris. Et angelus Moisen, angelus Iosue, angelus Io-  
hannem perdocuit. Dicit etiam diuinus Dionysius ca-  
pit. 4. cœlestis hierar, quod diuinum Iesu benignitas  
mysterij, angelii primi docti sunt, postea per ipsos  
ad nos cognitionis gratia transiit. Secundo hoc fu-  
it conueniens reparacioni humanæ, ut angelus (in-  
quit Beda) à deo mitteretur ad virginem partu con-  
secrandam diuino: quia prima perditionis humanæ  
fuit causa, cum serpens à diabolo mittebatur ad mu-  
lierem spiritu superbie decipiendam. Caeamus  
fratres serpentinum diaboli sibulum, reparacioni no-  
stræ salutis contrarium, attendamus pium angelicū  
instinctum ad perpetuam salutem directuum. Ter-  
tio hoc congruebat virginitati matris dei: Vnde  
Hieronymus in sermone de assumptione beatæ Ma- Hierony.

Leo papa.

Ambrosi.

Matt. 18

Exod. 14.

32

Iosue. 5

Apoc. 2. 7

Dionysi.

Beda.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

riæ. Bene inquit angelus ad virginem mittitur, quia semp est angelis cognata virginitas. Et nos fratres fortissime custodiamus casitatem, ne amor carnalis ad alterum in mente, ne pullatio voluntaria vel con placens lateat in carne, vt digni angelico habeamur colloquio, & si non in iensi vel corporeo visu, saltē in intellectu. Præfata etiam annuntiatio congruer facta est ab angelo in specie visibili, quæ species tangitur in eo quod dicit Euangelista: Et ingressus angelus ad eam, id est, Mariam, quam Augustinus in ducit in quadam sermone ita dixisse. Venit ad me Gabriel archangelus, facie rutilans, veste coruscans, in incessu mirabilis, &cæter. Hæc vero non possunt pertinere nisi ad corpoream visionem. Hæc corporea apparitio fuit conueniens quātum ad tria Primo quantum ad id quod annuntiabatur. Venerat enim angelus annuntiare incarnationem inuisibilis dei. Quapropter conueniens fuit, vt ad huius rei declarationem inuisibilis creatura nuntius archangelus visibilem formam asumeret in qua appareret. Secundo congruum fuit dignitati matris dei, quæ nō solum in mente, sed in corporeo ventre erat dei filium receptura, & ideo non solum mens eius, sed etiā sensus corporei erant visione angelica resouendi. Tertio congruebat certitudini eius quod annuntiabatur. Ea enim quæ sunt oculis subiecta, certius apprehendimus, quam ea quæ imaginamur. Vnde Chrysostomus dicit super Matthæum, quod angelus non in somnis, imo visibiliter virgini astitit'. Nam quia magnam valde relationem accipiebat ab angelo, egebat ante tantæ rei euentum visione solenni. Et nos charissimi fratres, quando dominum deum & redemptorem nostrum Iesum nedum mente, sed etiam corpore rel ore sumus sumpturni, non solum mente, sed etiam corpore & ore, incessu, moribus, visu & verbis debemus esse ornati, vt annuntiemus omnibus

Lucæ. 1

August.

Chrysost.

## DE BONI. DIVINA LIB.II. Fol.72

quod regem gloriae expectamus. Cum enim appari-  
tiones sunt angelicae, hoc in modo apprendi de-  
nuntiant, propter quod sunt. Et in usu humano tri-  
stia in ueste lugubri, laeta vero in fulgente & laeta  
denuntiantur. Sic etiam decet communicaturum talē  
foris apparere, ut aduentum magni dei se indicet ad  
suum hospitium expectare. Praefata etiam annunti-  
at o congruo ordine per angelum est perfecta. Tria  
enim angelus intendebat circa virginem. Primo quidē  
reddere mentem eius attentam ad tantæ rei confide-  
rationem. Quod quidem fecit eam salutando quadā  
noua & insolita salutatione. Vnde Origenes super Origenes,  
Lucas. Si sciusset Maria ad aliū quempiam timilem esse  
factum sermonē, ut pote quod habebat legis scientiam,  
nunq̄ eam quasi peregrina talis salutatio teruiisset.  
In hac quidem salutatione præmisit idoneitatē eius  
ad conceptū in hoc quod dixit, gratia plena. Expres-  
sit conceptum in hoc quod dixit, dñs tecum. Et præ-  
nuntiavit honorem consequentem, cum dixit bene-  
dicta tu in mulieribus. Secundo intendebat angelus  
virginem instruere de mysterio incarnationis, quod  
in ea erat implendum. Quod quidem fecit prænunti-  
ando conceptū & partū dicens: Ecce cōcipes in vte-  
ro, & paries filium. Et ostendendo dignitatē prolis  
cōcepta, cū dixit: hic erit magnus, & filius altissimi  
vocabit. Et etiam demonstrando modū cōcipiendi,  
cū dixit: Spūs sanctus suspeniet in te, & virtus altissimi  
obiūbrabit tibi. Tertio intendebat angelus ani-  
mū virginis inducere ad consensum, quod quidem fecit  
exemplo Elizabet steriles fecundatæ, non quasi suf-  
ficiente argumēto sed quasi quodam figurali signo.  
Vnde Ambrosius dicit in Hexameron. Ob hoc mul-  
tæ steriles puererū, ut partus credat ynginis. Angel⁹  
¶ o volēs efficacius virginē mouere ad cōsensum, ef-  
ficax argumentū de omnipotētia diuina apposuit, di-  
cēs, qd̄ non erit impossibile apud deum omne verbum.

Lucas. 2Ambrosi.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Et quia nos fratres dilectissimi quotidie sumimus id quod virgo concepit, sumus exemplo eius attenti ad id quod gerimus, & ad tanti sacramenti considerationem. Cognoscamus etiam mysterium. Ex via consecrationis sub specie panis est corpus Christi verum, & sub specie vini est sanguis Christi verus. Sed quia nunc in gloria, corpus Christi non est sine sanguine & sanguis Christi non est extra corpus, sed in corpore eius, & humanitas assumpta a verbo & filio dei, non est sine verbo aut filio dei, & filius non est sine patre, neque sine spiritu sancto, sequitur quod ex concordanteria sub utraque specie panis & vini est totus Christus & tota trinitas implens cælum & terram. Nec habemus de transubstantiatione: quia omnipotens deus est, qui hoc mysterium instituit, apud quem non est impossibile omne verbum. Et prima & incommutabilis, & infallibilis veritas est ( cui fide innititur) quæ dixit: Hoc est corpus meum. Et rursum: Hic est sanguis meus, ergo de necessitate ita est. Ultimo & hoc moueamus, cum scriptum sit: Ante mortem ne ludes hominem quenquam, cur angelus ad virginem veniens, & eam humilem inuenire & relinquere querens, ab eius laude inchoauit, dicens: Ave gratia plena, &c. Hic respödet sanctus Thomas quod animo humili nihil est mirabilis, quam auditus suæ excellentiæ. Admiratio autem maxime attentionem animi facit. Et ideo angelus volens mentem virginis attentam reddere ad auditum tanti mystérii, ab eius laude incepit. Notemus hoc fratres, animo humili nihil esse mirabilius, quam auditus suæ excellentiæ. Econtrario animo superbo, nihil esse iucundius, quam auditus propriæ excellentiæ. Vnde Lyra: Cogitans Aman in corde suo, & reputans, quod nullū rex nisi se vellet honorare, declarat satis quod modus supbi est estimare quod nullus nisi ipse debeat honorari. Amā yō in prefato libro nominat superbissimus. Ec

Eucharistia  
veritas.

Iohann. I.

Math. 26

Ecclesi. II

3. part. q.

30. ar. vlt.

Hester. 6

ce fratres habemus vnde unusquisq; se qualis sit pr<sup>o</sup>bet. Et quia testantibus apostolis Petro & Iacobo, de Iacob. 4 us superbis resistit, A mā i co natibus suis restitutus deus 2. Petri. 4 & à gloria ad ignominiam crucis perduxit. Mariæ vero humili (quia deus humilibus dat gratiam) dedit plenitudinem gratiæ & gloriæ. Simus ergo humiles vt laudes non concupiscamus. Tamen exemplo humili Iesu domini dei nostri, & humili matris eius Mariæ, ea quæ digna sunt laude, feruentissime agamus. Hoc quippe spectat ad magnanimum, vt quæq; digna laude perficiat, sed laudem non attendit, nec p mercede habere desiderat, sed soli deo placere concupiscit. Hanc virtutem meritis piissimæ matris suæ Mariæ perpetuæ virginis, nobis concedere & dare digne tur Iesus Christus, isto die annuntiatus, conceptus, & passus, vt sibi interno mentis gaudio semper pltere, & in æterna felicitate in eo æternaliter gaudere valeamus.

**I**ncarnationis diuiuæ beneficia, exercitiumque mentaliter colloquendi deo, sacrificaturis idoneum.

**Exhortatio III.**



AEC est dies quam fecit dominus, ex ultemus & læremur in ea. Psalm. xiij. O felicissima dies, in qua perpetuæ tenebræ cum tormentis suis, tenebræ in quā exteriores pariter & interiores dif fugierunt à nobis, in qua sedentibus in tenebris & vmbra mortis, veritas vitæ apparuit. In qua populus qui ambulabat in tenebris, vident luxem magnā. In qua habitantibus in regione vmbrae mortis, lux orta est. In qua venit q; illuminat omnē hominem venientem in hūc mundum. In qua venit lux

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

mundi. In qua mors nostra mortua es, & vita resuixit. O homo credens euangelio, perpende diligenter, quæ tibi à deo tuo donata sunt hodie. Aperi interiora oculos tuos, vide cernentem omnia, qui solus nouit corda omnium filorum hominū, cui omnia nuda & aperta sunt, & occupet te sola. In hac cōsideratione intuēs eius ita pñtria occupet, vt pter illū aliud nihil sentias solus ipse te totū habeat. Loquere ei fiducialiter q̄a exorabilis est, & bñ ac libens audiens. Custodi tamē vt humilis, tibijpsī vilis, ipsi vero innitens, loquaris. Ad nulla alia aduertas, solus sis cum solo dilecto diligenti. Dic: O superamabilis & superamatate pater & domine, quid fecisti mihi sic hodie? Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine. Præ multitudine amoris tui oblitus es propriæ excellentiæ & dignitatis tuæ, & maiestatis tuæ: & magnitudo amoris te mecum vilem fecit. Tu immortalis deus, hodie factus es homo passibilis. Creator meus, factus es redemptor meus. Et vt brevibus vtar, factus es piissimus meus saluator, misericordissimus, clementissimus, benignissimus, & charitatiuissimus. Antequam procedamus, vim harum dictionum intelligamus. Pietas est cultus quem inferior impedit superiori, vel seruitus, vt filij parentibus, serui dominis, discipuli magistris, creatura deo. Quando vero econtrario superior impedit seruitum inferiori, est magna pietas. Sic dominus Iesus, pater noster, dominus noster, magister noster, deus noster, fecit maximam pietatem, nobis seruitum impendendo. De qua pietate habetur apud Esaiam: In brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, feras ipse portabit. Opietas: hodie Iesus extendit brachia sua in cruce, vt omne genus hominum ad se trahearet. Attractos, & per fidem atq; charitatem agnos factos, in sinu suo leuauit, sicut res charas eos diligē

3 Reg. 8  
Hebr. 4

Psl. 30

E. a. 40

DE BONI. DIVINA LIB.II. Fol.74

ter custodiens. Et factas, id est, fecundos, portans  
id est, conseruans donec fructus producant: Venit  
enim quærere & saluum facere quod perierat, pecca-  
tores non iustos. Omnes enim peccauerunt. In his  
ostendit pietatem suam, Sequitur secundum, scilicet  
misericordia. Illa necessaria est miseris. Omnis hos-  
mo veraciter est miser. Domini vero Iesu propri-  
um est misereri & parcere. Sequitur tertium, scilicet  
licet clementia, ad quam spectat diminuere penam  
Omnis homo peccatis suis penam commeruit. Do-  
minus Iesus accepit in se penas nostras. Sequi-  
tur quartum, scilicet benignitas, ad quam spez  
Etat alijs opitulari & benefacere quos diligit. Oms-  
nis enim homo est inops & indigens auxilio, &  
multis. Dominus Iesus accepit dona in hominibus  
distribuenda. Sequitur quintum, scilicet charitas  
quæ fundatur super communicatione æternæ bea-  
titudinis, communis deo, angelis & hominibus  
Omnis homo circa beatitudinem hanc pericitatur  
Dominus Iesus æternam beatitudinem hodie nobis  
commeruit. Nunc procedamus. Quando homo  
dei in secreto loquitur domino Iesu saluatori suo  
piissimo, tunc debet ei scipsum offerre peccatorem  
indignissimum, indigentem pietate sua, corde do-  
mino Iesu saluatori piissimo loquens & ostendens  
Ecce habes peccatorem cui pietatem tuam impendas  
Sic appellando eum saluatorem misericordissimum  
ostendere debet se ipsum veraciter miserum. Appellan-  
do vero clementissimum, ostendere debet scipsum  
debitorem multarum magnarumque penarum.  
Appellando benignissimum, ostendere debet se  
ipsum indigentem. Appellando charitatiissi-  
mum ostendere debet se ipsum circa æternam beat-  
itudinem pericitantem. Omnia cum quodam gemi-  
tu, & sine distractione ad alia, quia loquitur solus cū so-  
lo sup oīa p̄dilecto, à q̄ nullo pacto in tali collogo est

Roma. 3

Psal. 67  
Ephe. 3

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

recedendum. Procede homo dei, & dic domino Iesu  
deo & homini salvatori tuo cum magna fiducia. O  
fili Mariæ virginis, plenus omnibus gratijs, virtutis  
bus donis & meritis melior omnibus, superamabilis,  
sanctior sanctis vniuersis. O verissime amator,  
amor meus superdulcissimus, obsecro te, dulcis  
meus per gratiam vnionis, id est, illam per quam  
tua humanitas, scilicet anima & corpus, coniuncta  
est deitati in verbo incommutabili, in vnitate perso-  
nali non essentiali. Hæc omnia & plura valde deuo-  
ta habentur prolixæ in primo libro.

DE NATIVITATE  
Christi.

Titulus secundus.

¶ Quomodo de Christi Incarnatione  
Natiuitateq; creaturæ omnes gau-  
deant, Hymni angelici (Gloria  
in excelsis) explicatio, inui-  
dia odijq; detestatio.

Exhortatio. I.

Psalmo. 96



Loria in excelsis deo Lucæ 2. Carmē  
hoc letitiæ ,gratiarumq; actionis oēs  
angeli cecinerunt deo, adorantes pue-  
rum Iesum per natiuitatem mundum  
ingressum. Vnde impleta est prophes-  
tia, quæ dicit. Adorate eum omnes  
Hebræ .x. angeli eius. Quod idem apostolus ad hebræos innuit  
vbi ait. Et cum iterum introducit primogenitum in  
orbem terræ, dicit. Et adorent eum omnes angeli

DE BONI. DIVINA LIB. II Fol. 75

dei. Introducendum dicit quasi hæredem in possessionem, propter aduentum Christi, qui iuxta propositū bipartiri potest. Primus hodie impletus est, quo acquisiuit sibi in fide & charitate adhaerētes, sicut vero dominio & in æternū secum regnatiros. Secundus aduentus implebitur in fine seculi, quando pfecte omnia subiicientur ei, etiam hostes. Iuxta illud Psalimi: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Sanctus Ambrosius in homilia præsentis solemnitatis dicit prophetam impletam, scilicet illam: Laudate dominū de celis. laudate eū in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius. Prosequitur vero laudē Psal. dic. Laudate eū oēs virtutes eius. Virtutes dei in plurali numero ponuntur, ppter pluralitatē creaturarum, quibus virtutem suam communicauit per participationē ipse deus omnipotens. Non est enim vlla creatura, quæ non habeat aliquam a deo donatam sibi virtutem propriam & singularē. Quod est valde mirabile considerata tanta rerum multitudine. Vnumquodq; enim ens creatum habet propriam essentiam sive naturam, & propriam secundum eam operandi virtutem, quanquā multam habeat cum sibi simililibus conformitatem sicut vnum gramen, cum omnibus graminibus: arena vna, cum omnibus arenis, gutta pluviæ, cum omnibus guttis & sic de alijs. Hinc est (vt testantur philosophi) quod singulis rebus coniungitur inseparabiliter cum transcendentibus transcendentis, quod dicitur vnum, non quidem principium numeri, sed qd innuit & facit vnum ens, discretum ab omni alio ente. Habet ergo vnumquodq; ens suam propriam virtutem. Hæ virtutes citantur hodie ad laudandum deum. Non enim per virtutes intelligere debemus vnum de nouem choris angelorum, cum iam ille chorus in communī, cum cæteris choris, nomine angelorum expressus sit, Intendit enim psalmist. oēs

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Creaturas inuitare ad laudem dei. Et quia nimia prolixitas hoc impediret, voluit aliquas principales nominare, in quibus alię cōcluderetur sicut etiam in hymno triū puerorū qđā principalia creatura posita sunt ad benedicendū, in quibus alia ūnia subintelliguntur. In q̄ etiā hymno post angelos & cōcelos & aquas, quae super cōcelos sunt (quę singulariter exprimuntur, ppter aquas existētes sub cōcelis, & postea spēalit nominantur) virtutes dñi collocātur in dei bñdicitiones, de quibus virtutibus iam disseruimus. In eodē, versu quinto canitur Bñdicate imber & ros dñio, bñdicate ois, id est oēs, spiritus dei dñio, id est, vēti. Nō enim loquuntur pueri hoc in loco de spiritibus angelicis qui primo positi sunt, neq; de humanis q̄ postea in fine ponuntur, vbi dicuntur: Bñdicate spūs & animaē iustorū dñi. Sed loquuntur de elemētaribus spiritibus, id est, vētis, sicut sunt cetera inter q̄ locati sunt ut sunt imber, ros, ignis, & cetera q̄ sequuntur. Nec mirabile alicui videri debet cur ppter ceteras creature sola hūana natura sub diuersis noībus in utroq; carmine inducat ad laudandum ac bñdicendum deū q̄ illi soli vñq; hymn⁹ dictat⁹ est, ut in diuersis statib⁹ in vita p̄senti pariterq; futura creatorē suū atq; redēptore laudet, bñdicatq; in secula. Sicut aut̄ ȳtates omnium creaturarū, & in eas spēalit virtutes naturales hūanitatis Christi citatae sunt ad laudandum deū cū sanctis angelis: ita etiā oēs creature citat⁹. Vñ nōnullę exprimuntur cū psallit⁹: Laudate eū sol & luna, &c. q̄ sequuntur. Et hoc dignū & iustū est, q̄a in incarnatione, & nativitate, & cōsequēt in vita dei hūanitati oēs creature exaltat⁹ sunt & a suo creature honorat⁹ honore magno. Ex hoc em̄ die āgeli rū ruina reparat⁹, āgeli Chrō dñio obsequunt⁹ & eidē custodiā impēdit⁹ sicut ceteris puris hōib⁹ qđ est eis causa singularis & magni gaudij. Angelorum insuper natura exaltata & nobilitata est q̄a in Christo de⁹ natura intellegualē assūpsit. Solis & lune, stellāz & celoz &

Psal. 148

Danie. 3

DE BONI. DIVINA LIB.II. Fol. 76

influentiae in corpe dei hūanati opatæ sunt, die nos  
etucq; lumē p̄buerūt & suis latiōibus, sicut alioz corpora naturalis rexerūt, de q̄ magnifice gloriari possunt. Elementa iucūdāt, q̄a ex eis corp⁹ Christi cōstat. Lumenta lētāt q̄a habēt vñ de suis, s. asinū, q̄ regem Chrīm vexit. Oia ex q̄bus cibi & potus hūani cōficiunt delectant̄, q̄a dñm Iesum deum & hoīem nutrie rūt. Et sic eūdū est p singulas creaturas. Homo em̄(te ste Greg.) est om̄is creatura, s. participatiue. Qn̄ ergo deus fact⁹ est hō & creatura, honorata est om̄is creatura. Lētāt igit̄ coeli & exultet terra, cōmoueat māre & plenitudo eius, gaudeat cāpi & oia q̄ in eis sunt. Exultet oia ligna syluaꝝ, jubilēt mōtes, parīc̄p; oēs creaturæ dei laudē, q̄a creator fact⁹ est creatura. Creaturæ q̄ nō sunt capaces cognitiōis v̄l amoris dicūt laudare v̄l bñdicere deū q̄a intellectuales creaturas laudare faciūt. Sūt em̄ creaturæ intellectu carētes, vestigia dei. Sicut em̄ in vestigio cōsiderat̄ qs ibidē fuerit siue bestia, siue homo, vir, siue mulier, v̄l puer (vt pa Daniel. 14 et in Dan. de vestigijs pedū) sic in oibus creaturis p̄spicit p intellectū qđ affuerit ipsis virt⁹ infinita, sapientia quoq; & bonitas vt ex nihilo in esse prodirent. Et hæc prouocant intelligentes in admirationem & laudem. Homo super hæc habet vsum rationis, per quam peruenit ad rerum intelligentiam. Est enim homo creatus in vmbra vltimi angelī, (secundum Augustinum) cui assimilatur in vltimo gradu intelligentie. Hinc est quod dicitur creatus ad imaginem dei. Angelic a vero natura vicinior est deo creata in vmbra dei, hinc est quod dicitur: signaculum similitudinis, quia in ea similitudo dei perfectius est expressa, vel impressa. Hæc duæ naturæ per intellectū et amorem tendunt in deū vltra omnia creata. Inde est qđ angeli cognita diuina dignatione, & ad oēm creaturam & specialis hūanā naturā exaltādā, ardenterissimo amore in laudē dei hoi cōgaudēdo, pruperūt cātates; Cūia in altissimis, i. excelsis deo. Tāta est in spi

Augusti.

Ezech. 28

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

ritibus angelicis perfectio charitatis vt nesciant homini inuidere super impenso ei a deo beneficio maximo atque honore, sed magis velint ipsi congaudere. O quātū, charissimi frēs, humana hūilitas tenet deo sup p̄stito bñficio & angelicis spiritibus sup exhibito cōgaudio. Dicit apostolus. Nusquam angelos appræhendit, sed lemen Abrahæ, de hac sui derelictione angelii non contrastantur, sed homini honorato congaudent & deo gratias iubilant: nosq; debemus in prosperis inuicem congaudere, & non de bono alterius tristari. Vnde dicit apostolus: Gaudendum cum gaudentibus. Tenemur itaq; proximo cōgaudere, quia tenemur sicut nosipso ipm diligere. Miserrimū infernale peccatū est inuidia rodens & comedens cor inuidentis, producitq; filiam infernalem odium nomine quod gaudet de malo alterius. Nos vero docti sumq; ab apostolo, flere cū flentibus. Ego vidi quendā virū valde cōtristatum, quem percunctabat cur tam tristem vultum pr̄ se ferret, Respondit: Affligit me profectus vnius boni viri. Ecce inuidia: Quidam duorum aduersarius dixit quibusdam: Velle me stare vno pede super scapulam illius aduersarij mei & alio pede super scapulam alterius, & sic nos pariter descendere viuentes in infernum. Ecce odium, fratres mei præueniatis domini faciem, orantes vt non permittat vos tangi veneno illo infernali. Quod si tetis gerit, humilima & maxima instantia agatis apud eum, vt tollat a vobis antequam in opus procedat. Ut vero deus citius exaudiat: studeatis illi contra quem mouemini esse affabiles, ciuiles, & illius ex animo promotores, eundem semper apud alios cōmendantes, & eundem in suis defectibus supportantes. Quod si hoc venenū in opus processerit, difficillime abstergetur. Sæpe durat usq; ad sepulchrum, imo inæternum cum dēmonibus in sempiternis supplicijs. Et quod valde cauēndin est, palliat se non raro in

Hebræ. 1

Inuidia.

Odium.

DE BONIT. DIVINA LIB.II Fol.77

hac vita venenum hoc infernale inuidiæ & odij sub  
zelo iusticiæ. Dicūt enim se bene moueri cōtra proximū,  
qui hoc veneno infecti sunt excep̄ati a malitia  
sua. Signū verū odij vel inuidiæ est qđ dīsplicēt oia  
quæ agit ille q̄ odio habetur, etiā si bona sint. Quidā  
Franciscanorū pater, p̄dicator & cōfessor veniēs ex  
terra vbi vigebat peccatū ptialitatis (hoc est, inuidia  
& odii) dicebat se nullū repperisse ptiale, quia o-  
mnes dicebant se bene & secūdū deū moueri ad perse-  
quendū partē aduersam. O venenum mortiferum  
qđ diffusum est p̄ mūndū & oēs status ecclesiæ. Hoc ve-  
nenū longe est à sanctis angelis qui nobis ex perfecta  
charitate congaudētes de gratias egerūt & glorifiz-  
cauerunt cantantes & dicentes: Gloria in altissimis  
deo & in terra pax hominibus bonæ volūtatis. Hos  
imitemur, vt pacem cū deo habere mereamur. Sed qā  
fratres dilectissimi hoc carmen angelicū Gloria in ex-  
celsis frequentatis, cupitis scire & informari, quō attē-  
te & deuote cū iubilo hoc perficere valeatis. Breuiter  
hoc expediā: vos singula dicenda bene intelligatis &  
discernatis. Regritur imprimis q̄ bene deo sentiat-  
tis qđ fit in intellectu per fidem de veritate vel qddī  
tate dei illustrato. Bene sentire deo, facit eum nos-  
bis amabilem. Est autem donū dei ab eo petendū &  
imperādum. Secundo regritur vt sitis deo bene  
affecti qđ fit in volūtate cōformi diuino beneplacito  
per amorē & verā charitatē. Tertio regritur vt dicti  
ones huius carminis bene intelligatis & discernatis.  
Bene sentire deo, est credere eum esse superintelle-  
tualē spiritū, dicit enī dominus: Spiritus est de⁹. Est  
etiā supintellectualis, qā a nullo intellectu potest cō-  
phēdi, sed excedit omnē intelligētiā. Ipse vero solus  
cōgnoscit & cōphēdit oia, & pleniss. penetrat. Idcir-  
co omnia nuda & apta sunt ei. Est ergo intellectus di-  
uinus pfectiss., immēsus, infinitus, cui null⁹ est termi-  
n⁹ cui nihil deest nec habet aliqd de inscītia pmixtū

Iohan. 4

Hebræ. 4

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

excluso in infinitū omni errore. Similiter potētia eius est infinita, nihil habens de impotentia p̄mixtum. Sic est etiam sentiendū de amore, benignitate, misericordia, gratiositate, dulcedine, largitate, & ceteris omnibus q̄ digne possunt de deo cogitari, vel ei ascribi, q̄a oia talia sunt infinita, imo vñ bonū supamabile infinitū incōtaminatū nihil habens de cōtrario p̄mixtū, igit̄ est optimus. Hic est deus solus incōmutabilis. i. semp manens idipsum qđ est, vnic⁹ imp̄mutabilis actus, hoc eſt dictū (scđm modū loquēdi nost̄) quod deus ſimul & ſemel intelligit vel cognoscit ſe & omnia ab æterno in æternū incōmutabiliter. Semel dicitur q̄a hoc ipsum nunq̄ perit, nunq̄ renouat, neq̄ eſt accidēs, ſicut eſt in nobis, ſed eſt ſubſtātia diuina. In hoc ipſo intelligere etiā naturaliter & incōmutabiliter ſunt potētia, vel vis notionaliter accepta, q̄ eſt pater, & cōceptus intellectus, hoc eſt, verbū, ſue filius, & actus voluntatis tēdētis in verbo agnitiū, in intellectu tāq̄ in bonū. i. ſpūs sanctus. Si eñ deus ſeipm à ſeipſo intellectū nō diligenteret, quū sit ſummū bonū & amabile, deus non eſſet bonus, qđ eſt maximū incōueniens & impossibile. Quare hoc ipsum incōmutabile intelligere ſupra dictū, eſt vñ & trinū, vñ in eſtentia, q̄a vñus ſpūs ſupintellectualis, ſemp actu in telligens ſubſtātialiter: trinū, q̄a tres ſunt in illo actu hypostases. i. pſonæ differentes, nō in eſtentia, ſed in ſubſtēdo. Quia potentia vel vis intellectua, vt producens, q̄ eſt pater, non eſt cōceptus intellectus diuini, vel ybū qđ ab eo procedit in actu intelligēdi. i. filius, neq̄ ab aliq̄ gignit, neq̄ pcedit. Verbum etiā. i. filius per generationē procedens, nō eſt potētia vel vis intellectua, vt intelligens & pducens eſt, q̄ eſt pater, ſed ab ea potētia, i. patre, gignit. Similiter amor per modū ſpūs tēdēs in bonū intellectū, nō eſt potentia vel vis intellectua in ſimilitudinē ſui, pducēs. i. pater neq̄ eſt ybū vel conceptus diuini intellectus. i. filius

## DE BONI. DIVINA LIB.II. Fol.78

sed amboꝝ patris. s. & filiꝝ spūs, & ab eis p modū spī  
 ratiōis, pcedēs. Vna ergo psona nō ē alia sed differūt  
 in pprietatibꝝ, vtiā dīctū ē. Sūt tñ simul in vno actu i  
 telle etuali ppetuo & incōmutabilis subsistētes, nō va  
 riabiles, nec accidētia. Necessario itaq; sunt tres sub  
 sistētis, q̄s psonas appellam⁹ in deo, ga accidēs, muta  
 tio, mot⁹, actio finita, vꝫ renouatio act⁹ intellegēdi, &  
 similia, esse nō possunt in deo. Est em̄ deus ens immo  
 bile, oia mouēs: Ois em̄ creatura est in cōtinuo motu  
 nihil yō mouet à semetipso, sed p mouens, cū motus  
 sit actus mobilis: & q̄a nō fit, pcessus in infinitū, opor  
 tet deuenire ad vnū eris perfectū, & immobile, & im  
 permutable qđ om̄ia moueat, & hoc ens est deus, iu  
 xta philosophorꝝ sententiā. Si tale ens inueniri non  
 posset, deus nunq̄ fuisse, neq; vlla creatura. Est ergo  
 deus vnu in essentia, & trinus in subsistētis. i. plos  
 nis, q̄ scdm̄ modū loquendi nostrx dicunt pat̄ & filiꝝ  
 et spūs sancto. Vis em̄ intellectualis ga gnāt, diciſ pa  
 ter: procedit em̄ ab ea viuēte vita intellectuali viuēs  
 intellectualis, scdm̄ rationē studinis in idētitate na  
 turę. s. ybū vel cōcept⁹ mētis diuinę. Vis yō viuēsta  
 Imō i naturae similitudinē, pcedēs, apd nos diciſ filiꝝ  
 amor aūt dei diciſ spūs. Sic em̄ nos mortu⁹ noīamus,  
 qñ ab occulto principio, pcedit. Vnū cōueniēter, scdm̄  
 qđ diuina humanis ybis significari possunt, ipse diuī  
 nus amor, pcedēs spūs nomē accepit. Etiā lētūs spūs  
 diciſ, q̄a in deo amor imundus locū nō habet. Et q̄a  
 nō possum⁹ amare intelligibili amore, nisi qđ actu p  
 intellectū cōcipim⁹ cōceptio aūt intellectus est ybū,  
 vꝫ filiꝝ mētis, necessario amor ex ybo orit. Ex qbus  
 oībus colligif, qđ spūsctūs à patre & filio, pcedit. Hęc  
 aūt noīa sunt iposita scdm̄ modūloquēdi nostri: diffe  
 rētia aūt psonarꝝ est, pp̄t incōmunicabilitatē. Esse em̄  
 incōmunicabile, psonā distictā efficit in natura intel  
 lectuali. Propriū est patri gnare, propriū est filio ge  
 nerari, propriū est spūis sancto ab ytroꝝ, pcedere. Et

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

nullum horum est alteri communicabile. Sunt ergo tres personæ in diuinitate, manente una essentia atque substantia. Vis enim vel potentia intellectua diuina, ut intelligens ac dicens, quæ est pater, communicat omnem naturam, id est, essentiā & esse diuinum verbo intellectuali, scilicet filio, & pater & filius simul spiritui sancto, in actu intellectuali incommutabili. Una de dicit dominus filius de patre: sicut habet pater vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in se metipso. Et illud: Oia quæ habet pater mea sunt. De spiritu sancto dicit idem filius: De meo accipiet, quem dixerat a patre procedere. Hoc spiritus sanctus a filio accepit, quod filius habuit scilicet naturam & essentiam diuinam. Quam etiam a patre idem spiritus accepit, quando ab eo processit. Vnde Iohannes in sua Canonica: Si quis dilexerit mundum, non est spiritus patris in illo. Et Paulus Apostolus: Quisquis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Ergo est utriusque spiritus. Hic deus omnis boni author, quam uis in seipso existens maior sit omni laude, cultu & amore, tamen propter beneficia impensa omni creatura in creatione, & incarnatione, dignus est superlaudari, & superglorificari, & singulariter ab homine vel natura humana cultu deuotissimo, amore quoque ardentissimo. Igitur fratres dilectissimi, ex his atque milibus frabricate vobis ænigma dei veri & optimi nobilissimum, quod occurrat vobis omni tempore in momento, quando conuertere vos vultis ad deum & specialiter quando in oratione dominica dicitis. Sanctificetur nomen tuum, vel gloria in excelsis deo quod habenti consuerudinem levissimum est, & presentato (per illud ænigma) deo occurrite cum voluntate ipsi plenianissime conformata, quantum potestis & cum pleno & amorosissimo, quo valetis affectu sentiatique; quantum ipse dederit, eum intellectum ve-

Iohann. 5

Iohann. 16

Iohann. 15

Iohann. 2

12. 6. 8

Matth. 6

## DE BONI. DIVINA LIB.II. Fol.79

strum, totum etiam hominem absq; ambiguitate inspicere. Proprium em est diuinæ naturæ, qd omnia cognoscat plenissime, & incomparabiliter. Aspicit ergo omnia, & nos singulos oculo supintellectuali, misericordissimo, benignissimo & amorosissimo, &c. excluso omni amore & terribili: Nihil em odit eoz q fecit. In hoc actu concurrunt vis intellectiva, conceptus mentis vel verbum, & amor. i. pater & filius, & spississimus unus deus. Sic pie sentientes deo, tuc  
Sapien. 18  
 quasi iaculum mittatis desiderium vestrum in deu dicentes: [Gloria in excelsis deo.] Gloria dicitur quasi claria. i. clara cum laude notitia, vel communis laus cum clara notitia. In vulgar, eyn gemeyne prys. De siderat ergo laudans, qd ab omnibus dei bonitas cognoscet & laudet: & congaudet deo, cui nihil presta Psal. 25  
 re potest, qd in seipso bonus & laudabilis est. Hec gloria est communis laus, qn tamen ab uno fit, ille agit vice omniū, hæ laus vel gloria est charitatis actus, hominis diligentis deu super omnia. Id sit qn in veritate dicitur in oratione dñica: Sanctificetur nomen tuū, quod purissimo affectu & iacularie debet dici. Matth. 22  
 Quia hmo affectio vel desiderium vel oratio ad modum iaculi dei cor vulnerat. [Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.] Hæc est pax dei, quæ exuperat oem sensum, dat em gaudiū mudo cordi (id est homini bonæ voluntatis) inexplicabile, facit filios & hæredes dei, cohæredes aut Christi. Hæc est maxima dignatio, & diuina miserario, post infinitas offensas & peccata talē offerre pacē hoibus, Idcirco ecclesia addit canticō huic angelico [Laudamus te.] Laudare est bona alicuius facta enarrare. Hoc facimus deo, qn psalmos & alias scripturas, in quibus diuina opera continetur, psallimus & cantamus, vt patet in solennitatibus dominii, & in festis sanctoz. In quibus erga nos, vel singulariter ad sanctos diuinā gratiā, charitatē & misericordiā annunciamus, Aduerte q sicut gloria est com

L

## D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

spunis laus ita laus est particularis laudatio, q̄ cū ab omnibus fit, vice singulorū fit [Benedicimūs te]. Benedicere est vel alteri, vel sibi ipsi bonū fauere verbis hoc p̄testādo, sicut cū dicimus, dñs vobiscū, bona di es, &c. Ecōtrario maledicere est malū fauere verbis. Poteſt tñ fieri ſolo corde, & tūc fit verbis cordis. Ita dicit in Psalm. Labia dolofa in corde, & corde locuti ſunt. Et alibi: Ore ſuo bñdicebat, & corde ſuo male dicebat. Proprie tñ & pfecte vtrungq̄ fit corde & ore. Benedicimus ergo dñm, qñ loquimur deo bonū cū fauore, ſic dicendo: O q̄ bonus dñs, viuat in eternum Amendo em̄ gratulamur ei idipſum bonū qđ eſt, et fauentes corde & ore, laudē quoq̄ & gloriā ei debitā. In quo actu totū interiorem hoīem cū feruore cōuer tere vel dirigere debet homo in deū, diligentē ac dile ctum & iſpectantem, & ei corde dicere: Ex toto, vel in toto corde meo faueo vel opto deo meo laudē & gloriā ſuā, &c. Non eſt articulus ardētior in toto glo ria in excelsis iſto, in q̄ nihil ſibi de ſuo reſeruat, ſed ſe totū & omnia in dei gloriā ardētissimo affectu of fert, & ibidem clarius dei præſentiā ſentit homo. Ad hunc actu prouocant nos omnia oga dei. Vnde dicit in Danielē: Bñdicite oia opera dñi dñ, bñdicate ange li dñi dñ, bñdicate filij hoīm dñ. Bñdicere eſt lauda re cū fauore [Adoramus te] Adorare eſt reuerētiā vel honorē (ſcdm qđ eſt capax) alicui exhibere. Alia reuerētiā debet Papæ, alia episcopo, &c. alia impera tori, alia regi, alia duci, & ſic de cæteris, vnicuiq; ſcdm excellentiā & dñium ipſorū. Deo yō reuerentiā exhi bemus, tanq̄ authori & creatori vniuersæ creaturæ, datori gratiæ, & collatori gloriæ, qđ nulli creaturæ conuenit. Ideo bene & congruēter ſequitur [Glorifica mus te]. i.cōmunem clarā laudē impēdimus, te tale (vt p̄ſcribitur) p̄dicando, vel pro ſingulis beneficijs omnibus in cōmuni, vel aliquid sanctis ſpecialiter p̄ ſtitis, te laudādo apte & manifeſte [Gratias agimus

Psalm. 11

Psalm. 67

Daniel. 3

DE BONI. DIVINA LIB.II. Fol. 75

tibi propter gloriam tuam magnam] quod scilicet manifestasti nobis  
 Quia sanctis tuis & nobis promisisti te daturum quod & bea-  
 ti iam in celis receperunt [Dominus deus rex caelestis, deus &  
 pater omnipotens, dominus filius unigenitus Iesu Christi] Et  
 aliqui addunt in ecclesia dei [Spes & alme orphanorum  
 paraclete] Supius gloria & laus, &ceterum, directa sunt vni-  
 tati trinitatis, hic vero diriguntur trinitati unitatis ut  
 pariter nobis unitas insinuetur, & unitas: quod trinitas non  
 aduerteretur, si semper unitormiter sub verbis unitate  
 pterentibus, deus nobis exprimeretur. Fixe tamen tenetum  
 est & credendum, quod una persona in diuinis sine  
 alijs duabus, quasi ab ea separatis, nunquam impeditur  
 adoratio. id reuerentia vel honor, nec dirigitur oratio, **Leo papa.**  
 nec duabus personis sine tertia aliqd exhibetur, quia a tota  
 trinitate recedens si in ea unitas non serueretur. Similiter  
 a tota unitate recedens si in ea trinitas non serueretur, trini-  
 tas non seruatur vel quoniam tres personae creduntur tres dii, vel  
 quoniam esse creduntur mutabiles, vel accidentia. Et sic sol-  
 ueretur tota deitas, nec esset deus. Sunt enim tres personae  
 inseparabiles, & unus simplicissimus supintellectualis  
 unus spiritus & unicus actus supintellectualis substantialis.  
 Hoc, quia ad imaginem dei creatus sumus, in nobis utrumque  
 experimur per aliqualem similitudinem intellectu exi-  
 stente in actu, quia conceptus mentis nostrae, vel verbum, non  
 est sine via intellectu, & amore boni intellecti cui in-  
 terdit intellectus, sicut vero. Quoniam ergo rogamus patrem  
 per filium, rogamus filium aequaliter sicut patrem, & cum  
 utrumque spiritum sanctum. Dicendo vero per dominum nostrum  
 Iesum Christum, &c. illum significamus, quod pro nobis cruci-  
 fixus est. Sicut autem pater & spiritus sanctus sunt idem quod si-  
 lius, & eo inseparabiles, non sunt tamen propter hoc  
 incarnati, nec pro peccatis nostris satisfecerunt, nec  
 crucifixi sunt: sic filius licet crucifixus sit, & interpellat  
 pro nobis, non tamen propter hoc destitutus sedere  
 cum patre, & spiritu sancto in sede maiestatis, & exaudire  
 preces nostras, sicut pater & spiritus sanctus, & adora-

**Genesi. 3**

**Roman. 8**

D. PERI LEYDIS CARTHVS.

si vnica adoratione æqualiter cum ipsis. Cum vero dicitur spiritus sanctus pro nobis postulare, hoc intelligitur quod nos postulare facit vel similia, quod tamen solus non facit, sed tota trinitas. Ne igitur vna simulacra fabricemus, vnam personam ab alia sequestrando: cum vnam personam cogitamus, semp alias duas personas in vnum contemplemur, sine vla separatione. Hoc innuit in Symbole S. Athanasius dicens: Deus pater, deus filius, deus spiritus sanctus. Quando dicitur Deus pater, intelligitur cum filio & spiritu sancto, Deus filius, intelligitur cum patre & spiritu sancto. Deus spiritus sanctus, intelligit cum patre & filio. Ideo infert: Et tūl non tres dij sed unus est deus. Nonnulli vero nimium diuidunt personas, facientes tres spiritus intellectuales, tres deos & tres dominos, a quo oportet solertia preceare, neq; sequi libros laicorū & rusticorū, id est, picturas quibus pater locatur vno in loco, filius in alio, & spiritus sanctus in tertio, vel quasi columba volans. Pater nunquam apparuit in specie visibili super terrā.

Daniel. 7

Ephe. 7.

Col. 3.

Hebr. 1.10

Col. 1.

Matth. 28

Hierony.

Quod vero in Daniele describitur antiquus dierū, nō debet intelligi de grisea barba, vel canis capillis, sed de diuturnitate ante omnia tempora, ad cuius æquallatatem in natura diuina peruenit filius. Quod autē ibidē dicit quasi filius hominis veniebat & vsq; ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, &c. totum dicitur propter vniōnem diuinæ naturæ cum humana in vna persona, scilicet filij vel verbi; quæ dicitur quasi homo, quia est vna persona, quæ sedet ad dextram dei patris, scilicet antiquorum dierum, ad quam peruenit in die ascensionis, cui angelii seruiunt, & in die iudicij obsequentur, quoniam super omnia plene dabitur ei potestas, & honor, & regnum: quæ tamē post resurrectionem accepisse describitur Matthēi ultimo, vbi dicit Hieronymus: Illi potestas data est, qui paulo ante crucifixus, qui se

DE BONI. DIVINA LIB.II Fol.81

pultus, qui in tumulo mortuus iacuerat, qui postea resurrexit. Est ergo ei potestas data, sed non plene, ut in futuro. Ideo dicit Apostolus: Nunc autem necdū videmus omnia subiecta ei, scilicet executiue & plene sicut fiet in extremo iudicio, de quo loquitur propheta Dani. quāquā omnia plene ei sunt subiecta, sed non illo modo sicut tūc. Hæc dicta sunt, ut tollat falsum enigma de persona patris. Quandoquidem similia habentur in alijs locis scripturæ sacrae, filius vel verbum assumptus quidem totū hominem in unitate personali: naturam tamen diuinam non mutat, nec dese ruit, in qua est omnino inuisibilis. Spiritus sanctus ap paruit vna vice in colubæ specie alia vice in linguis igneis: sed exsdē creaturis non fuit incorporatus, sed manifestus amor patris & filij. Tota ergo trinitas est inuisibilis, iuxta illud Apo. Regi autem seculoꝝ immortali in inuisibili, soli deo honor & gloria. Et ei soli debet latrī adoratio, q̄ est excellentiss. q̄ soli creatori, gratificatori, & glorificatori impedit. Et q̄ vni psonæ simul omnibus trib⁹ psonis exhibet sine separatiōe vnius ab altera. In nullo enim psonæ differunt, nisi in proprietatibus suis quas pfecte exprimit sanctus Athan. dicens: Pater a nullo est factus nec creatus, nec genitus. Addamus nos, nec procedens, filius a solo patre est non factus, nec creatus, sed genitus. Spiritus sanctus a patre & filio non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. Duæ sunt pcessiones in diuinis, vna p generationē secundū rationem similitudinis, & hæc filio: alia per spirationem & hæc spiritui sancto conuenit. Prima est secundum modum intellectus. Secunda secundum modum voluntatis & amorosę inclinationis. Hæ sunt veræ & solæ trium personarum differentiae: quamquam personaliter sumpta potestas & quæ ad eam spectant patri, sapientia & quæ ad eam spectant filio, amor & quæ ad illum spectant spiritui sancto adscribuntur. Quando vero eadem essentialiter su

Hebr. 3.

Matth. 4.

Ioha. x.

Act. 2.

r. Timo. 2

Prpperita  
tes diuine

## D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

muntur, æqualiter tribus personis attribuūtur. Præfectæ differētia sunt in actu vel actione intellectuali substantiali. Idcirco necesse est, quod omnes corporales & locales pariter & accidentales imaginatiōes diffugiant, & nullo modo in contemplatione diuinorum personarum vel essentiæ diuinæ assumantur.

[Domine deus, agnus dei, filius patris.] Ecclesia in laudem matris Iesu addit: [Primogenitus Mariæ virginis matris] O canticum suauissimum plenum iubilatōe, id est, gaudio inexplicabili, dulcissimo affectu semper ruminandum. O emmanuel, nobiscum deus. Verus deus, quia filius dei parris naturalis consubstantialis, non adoptiuus. Verus homo, quia filius hominis virgineq; matris Mariæ naturalis non cōsubstantialis. Vnicus filius dei patris, & hois matris, pariter vnicus agnus pro nobis immolatus. Vnū cū patre & spiritu sancto in substantia, in essentia, in individuo sed alius in personali proprietate. Vnus cum matre in natura humana, led alius in substantia, in essentia, in individuo, & in proprietate personali. [Qui tollis peccata mundi, miserere nobis.] Peccata mudi tulit iste agnus, qñ conuersabatur in mūdo, p̄tentitiā agēs & lugens pro peccatis nostris, ea expians, pendens et moriens in cruce [Misere nos] peccata remittēdo [Qui tollis peccata mudi, suscipe deprecationem nostrā] Quasi diceremus: Sicut dēpcans in cruce eū clamore valido, & lachrymis exauditus es, pro tua reuerentia: ita exaudi nos pro tua clementia. Clemētia est diminutiva pœnæ. Oramus ergo, vt remittat etiā peccatorū pœnas. s. tormenta dēmonū ignis eterni, & tenebrarū infernaliū. Addit ecclesia [Ad Mariæ gloriā] Clementia filij est matris gloria. Mos est iudi cū misericordium, atq; clemētium, cū voluerint reis & pereuntibus misereri, vt suscident mulieres precaturas pro illis: quare exauditio est easq; gloria & gloriatio. Talis mulier est Maria apud clementissi-

## DE BONI. DIVINA LIB.II. Fol.82

sum, iustissimum, & misericordissimum iudicem Iesu. [Qui sedes ad dextrā patris miserere nobis] Scribit beatus Iohannes Apostolus : Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Hanc propitiationem recipimus quando remissis peccatis ad æternā gloriam introducimur. Et hoc postulamus dicendo, miserere nobis, ex hac miseria & mortali vita nos ducendo, scilicet, ad felicitatem & æternam vitam. Ad quod consequendum, multum iuuat Mariae maris Iesu meritum, sicut adiungens cantat ecclesia: [Per Mariæ meritum. Quoniam tu solus sanctus] scilicet, in essentia & natura tua, solus nos valens sanctificare, id est, mundare & per gratiam aptos & dignos efficere æternæ gloriae. Ideo addit ecclesia: [Mariam sanctificans] quia nec ipsa qdem sine operatione & merito ac sanctificatione filii sui sancta es se potuit, nec digna regno dei. Est autem duplex sanctificatio: una quæ peccata contracta & facta mundat. Alia quæ munit ne contrahantur aut fiant. Prima est omnium hominum. Secunda soli ascribitur Mariæ dei matri. [Tu solus dominus] Dominus Iesus est dominus & possessor viuenter creature iure creationis, iure conseruationis, iure gubernationis. Vnde addit ecclesia [Mariam gubernans] Gubernator vero tenet quærere bonum subiectorum suorum & eos virtuosos reddere, felices atque beatos, teste Philosopho. In quo gubernator Iesus patiebatur impedimentum maximū ex parte gubernandorum. Diabolus enim pretendebat sibi aliquod habere ius tyrannicum in subiectis Christi, propter peccata. Igis bonus Jesus amator subditorum suorum, precium peccatorum (quod illi soluere nequivant) magnifice de proprijs bonis soluit, & suos redemit. Est ergo Iesus dominus solus suæ superbenedictæ matris M. A. R. I. A. E., & omnium hominum ultra communia

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Jura prescripta, speciali iure, scilicet iure redēptionis  
[ Tu solus altissimus. ] Inter creaturas deus aliquas  
cæteris præstantiores & eminentiores creauit; sed qd  
sunt omnes simul ad deum certe nihil. Deus est im-  
mensus & infinitus in bonitate sua. Omnis vero cre-  
atura est finita: finiti autem ad infinitum nulla est  
proprio. Est ergo dominus Iesu solus altissimus,  
quia ipse est deus. Ad altissimum vero & eminentio-  
rem in communitate spectat præmium dare pro bo-  
nis factis, & nobiliores & digniores quosq; honorare  
& coronare. Eapropter ecclesia adiungit. [ Mariam  
coronans, Iesu Christe. ] Hic quæstio satis perplexa  
oritur, an scilicet per hoc quod filius dei, deus domi-  
nus Iesu dicitur solus sanctus, solus dominus, solus  
altissimus, pater & spiritus sanctus sint exclusi? Respo-  
detur, quod aliter sentiendum est in his personis, que  
inter se differunt, tam personaliter, quam etiam essen-  
tialiter, quia in illis dictio exclusiva adiuncta aluci  
personæ, excludit cæteras personas: Exempli gratia  
quando de personis vnius conuentus dicitur, solus  
Paulus est vociferatus, cæteri fratres habentur non  
vociferati. Sed quia in diuinis personis est solum dif-  
ferentia in proprietatibus personalibus, & non in es-  
sentia, imo sunt omnino maxime vnum in essentia,  
idcirco dictio exclusiva (scilicet solus) addita vni per  
sonæ respectu termini essentialis (sicut est in proposi-  
to) scilicet sanctus, dñs, & altissimus, qui sunt termi-  
ni essentiales, non excludit alias personas, sed magis  
includit, propter unitatem essentialiem. Quando er-  
go dicitur domino Iesu: Tu solus sanctus, intelligit  
cum patre & sancto spiritu, à quibus non est separabi-  
lis nec exclusibilis. Simile habetur apud Iohannem:  
Hæc est (ingt dominus Iesu) vita æterna ut cognos-  
cant te solum deum verum. Intelligentum est enim  
cum filio & spiritu sancto. Et rursus dicit magister  
& dominus noster Iesu; Nemo nouit filium nisi pa-

Quæstio.

Respōsio.

Iohan. 17

Matt. 11

DE BONI DIVINA LIB.II. FOL.83

ter, nec patrem quis nouit nisi filius. Si enim hæc dicio exclusiva nisi addita vni personæ respectu termini essentialis excluderet aliam, sequeret quod pater non cognosceret se, sed tantum filius, nec filius cognosceret se, sed tantum pater: quod est absurdum dicere. Non enim absolute dicimus, q[uia] solus filius sit altissimus: sed q[uia] solus sit altissimus cum spiritu sancto in gloria dei patris. Hæc expositio prolixior facta est, quam existimaueram. Nec tamen ipsa pusillanimes vos reddat fratres dilectissimi, vt dicatis: Quis hæc potest practicare? quia praxis citissima brevissima & iucundissima est. Hæc enim & similia lecta inserviunt intellectum, inflammantq[ue] affectum, vt sciam quid deo digne sentiendum est, in quem affectus tendere ntitur eum glorificando, laudando, benedicendo, & adorando. Sicut sit quando aliquis ignotus nobis describitur, quam bonus sit, quam doctus quam amabilis, &c. Si contingat sermo de eo haberi, non currimus ad singula, quæ de eo audiuimus prolixe, sed statim affectu amoris in eum accendimur, subito laudando quem nunq[ue] vidimus. Veniat ergo deus ex agnitione in affectum, & peribit omnis difficultas, vox erit omnis tarditas, fugiet omnis mora: quia tunc non aduertitur, quod videtur, sed quod diligitur. Amor vero ignorat multitudinem & moram, sed subito tendit in unum amatum, id est deum.

¶ De gaudendi affectu multiplici, & de coniunctione diuinæ naturæ cum humana. Exhortatio II.

**E**vangelizo vobis gaudium magnum. Lucæ. 2.  
Non sterili animo hæc sancti Euangelii verba pertransunda sunt, sed summa indagine perlustranda recipienda sunt. Non caret bonitate quod a bono nuncio, id est, angelo dei, Euangeliū appell-

## D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Iatur. Nec tristitia aliquā cōtinere potest, quod gaudiū magnū prædicatur. Sed nō omnes habēt animū gaudendi. Sicut dominus in Euāgelio dicit: Qui habet aures audiēdi audiat, sic posset dici: Qui habet animū gaudēdi gaudeat. Omnes vtiq; qui intererant sermoni Christi, habebant aures corporis & mentis, q; erāt homines rationales naturales, & naturaliter intelligebāt, quē dicebātur: sed non habebant aures spirituales, quas Christus dñs requirebat. Pariformiter oēs homines sensati habēt animū gaudēdi naturalem, ita q; de bono naturali appr̄ehenso gaudeant. Sed nō omnes habent animū gaudendi spiritualem. Sunt enim nonnulli, qui habent affectū gaudendi naturalē corruptū, de quibus scriptū est: Lætātur cum male fecerint, & exultāt in rebus pessimis, quia ex cōsuetudine male agendi, acquiritur habitus male agēdi vitiosus, q; facit delectari in opere malo. Et licet omnes homines aliqd habeāt huius corruptionis, tamē plures nimis corrupti sunt, vt erat ille qui (vt fertur) ad eleemosynam conuocauit pauperes in horre um, quo clauso incēdit illud, vt deletiose audiret clamores in igne moriētiū. Idem quū volebat gaudēter viuere, fecit infantē viuu assari, nō vt cōmederet, sed gestus atq; vagit⁹ moriētis infantis voluptuose vide ret. Nōne dictū est nobis q; filius cuiusdā principis paucis lapsis annis cōsueuit rapere ex plateis vrbis Romē quēpiā occurrētē, vt coram se suspētus paulatim & tarde expirans, sibi cœnanti delitias præberet & gaudium. Sint hæc vera aut dubia, talia tamē plura aut cōsimilia tyrānog; facta, scripta legūt. O qt etiam inueniētūr in cōuētib⁹ virōg; & fēmināg; gaudētes quādo aliquem contristauerunt, vexauerunt, difamarunt, depulerunt, aut similia mala perpetrarūt. Omnes tales nō sunt apti, sicut nec digni, suscipere & gustare gaudiū euangelizatum ab angelo. Impij em gaudere non norunt, sed solum gestire. Sunt mī

Isa. 48.

Luc. 8.

## DE BONI. DIVINA LIB.II. Fol.84

hilominus p̄bi homines quidā qui nondum acceperunt vñctionē à spiritu sancto, sed habent animū ad spiritualia stupidum. Et quoniam gustus tactus qui dam est, hi spiritualē tactū vel bonū spiritualiter in spirituali gustu non percipiunt. Necessarium ergo est his, sicut & omnibus, secundū monita beati Iacobi apostoli, petere à deo sapientiā, vt vñctionē accipere mereātur à sancto. Debēt autē petere in fide absq; hę stitatione, vt sit indubitata credendoꝝ noritia; & in deo firma fiducia, quia dat omnibus petētibus affluēter. Oportet etiam affectum mūdarē ab omni peregrino amore, vt sit ipse dominus solus amatus qd nō patitur sociū vñl aliquid seū amari, nisi sit propter se. O felicem per omnia, qui solum dominū deum suum amat. Hic purissimus amor expellit superbiā, inuidiā odium, gulam, inordinatum timorem, scrupulositatē, anxietatē & similia innumerabilia, q̄ ortū habēt ex amore suūplius aut rege aliay & spiritualē animū insciunt gaudiūq; spiritus tollūt. Audiant itaq; qui animum gaudendi habēt, quid nuntius cœlestis gaudiū & ipse plenus gaudio, dicat: Euangelizo (inquit) vobis gaudium magnū quod erit omni populo, quia natus est hodie vobis saluator qui est Christus domi nus. O gaudiū inestimabile pr̄ materię nobilitate. O gaudium ineffabile pr̄ materię magnitudine. O gaudium inebrians & absorbens pr̄ materię iucunditatem. Quid enim gaudiosius annūtiari potest filijs iræ dei (in cuius manus incidere horrendum est) filijs priuatis hæreditate patris cœlestis, iam captiuis & sedentibus in tenebris spiritualibus in umbra mortis ētne, vbi ignis nō extingueſ, nec vermis morietur quād ipsem̄ dominus iratus venit cum intersignio charitatis maximę (qua maior esse non posseſt) quia ipse est Christus, id est, per vñctionem spiritus sancti factus homo, vt sustinere valeat debitas poenias peccatorum & soluere vincula captiuorum

Iacob. x.

Ioh. 2.

Luc. 2.

Heb. 10.

Mar. 9.

Ioh. 15.

Luc. 2.

Isa. 66.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

**Isaia.** Vnde & dicitur in Isaia : Spiritus domini super me, eo quod vnxerit me, ad annuntiandum mansuetis misit me, ut incederet contritos corde & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertioem, ut consolare omnes lugentes, ut i'ponerem consolationem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mortis. Ecce quomodo concordat prophetia cum euangelio. Igitur qui habet animum gaudendi, gaudeat de tali recepto nuntio: q[uia] scilicet saluator eius est deus & homo: ergo redemptor & satisfactor. Versa est itaque ira dei in mansuetudinem, & creans deus in humanitatis sponsum: cuius desponsatio in virginali vetero, tanquam ornatissimo thalamo completa est: in quo coniuncta est diuina natura, cum humana, sicut sponsus cum sp[iritu]sa in una persona verbi diuinitatis: qualis coniunctio & vnio in nullo matrimonio inueniri potest, quia ibidem semper sunt duæ personæ: hic vero vna. In coniunctione autem hac diuinæ naturæ cum humana sunt quatuor vniōes. Prima est naturæ diuinæ cum spiritu humano, replentis eum omnī sapientia, & scientia atque prudentia, insuper omnibus donis gratuitis ad redundantiam (quia de plenitudine eius nos oēs recepimus gratiam) & complenis eum felicissima fruitione diuinitatis. Secunda vniō est naturæ diuinæ cum anima humana ipsius Christi, quæ vivificat corpus humanum. Tertia vniō est naturæ diuinæ cum carne humana, quia verbum caro factū est. Quarta vniō est naturæ diuinæ cum humanitate, quia perfectam humanitatem assumpsit, hoc est, animam & corpus simul. Et in hac vniōne humana ac rationalis natura valde exaltata est. Sicut enim puella humiliis quum despōsatur filio regis, nobilitatur: sic natura humana verbo copulata maxime nobilitatur. Nulla est enim vniō qua deus creaturæ vnitur, quæ istam excedat per quam ho

**Iohann.**

**Ibidem.**

DE BONI, DIVINA LIB.II. Fol.85

mo fit deus. Hinc securum est, quod humana natura super omnes choros angelorum exaltata est, & sedet ad dextram dei patris. Istae vniōes sunt tanquam copula matrimonialis. Nam ad verum matrimonium requiritur mutuus consensus. Filius dei consensum præbuerat, quando per angelum consensum virginis postulavit, qua cōsentiente statim nuptiæ celebratæ sunt. Item ad matrimonium requiritur nexus indis- solubilis. Tales sunt prædictæ vniones, quæ nunquā dissoluentur. Quia quod semel Christus assumpsit, nunq̄ dimisit, secundum Damascenum: Ecce deus Damasce a quondam iratus (secundum modū loquendi humanū) propter prævaricationem peccatorū, quanta dulcedi- ne & amore humano generi, per tāta beneficia aper te ostensa afficitur, vt nēdum saluator sed etiam spōsus appellari dignetur & esse naturæ humanæ. Per hoc vero singulæ animæ spōsæ factæ sunt eius. Qui ergo habet animū gaudendi gaudeat de tanta ex- altatione nobilitatis & acquisitione æternæ felicita- tis. Quia & sancti angeli germani (vt ita dixerim) hu- manæ naturæ, hac occasione, etiam ipsi nobiliores ef- festi lētantur, & congaudentes sorori suæ deo lau- des referunt, dicentes: Gloria in altissimis deo. Ecce quanti gaudij est dies iste, vt cœlū impleat & terram. Idcirco canit ecclesia: Hodie nobis cœloꝝ rex nasci dignatus est de virgine, vt hoīem p̄ditū ad regna cœlestia reuocaret. Gaudet exercitus angelorū, q̄a salus eterna humano generi apparuit, hodie nobis pax ve- ra de cœlo descēdit, hodie per totū mundū melliflui facti sunt cœli, hodie Christus natus est, hodie salua- tor apparuit, hodie in terra canunt angeli, lētantur archangeli, hodie exultant iusti dicentes: Gloria in excelsis deo. Hodie orto sole iustitiæ Christo deo no- siro, infernales bestiæ, id est, dæmones aufugerunt, Sodomitæ feræ immundissimæ interierunt, omnia idola cadere cœperunt, omnia peccata apud electos

Psal. 109  
Ephesi. 1  
Coloss. 3  
Heb. 1.10  
Actu. 7

Lucæ 2

Lucæ. 2

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

deficere inchoauerunt, & iusti cum auiculis cœli, id  
est angelis, laudes deo cecinerunt. Quod nobis gau-  
denter agere in terris & feliciter in cœlis concedat  
rex cœlo: um Iesus Christus Mariæ virginis filius  
benedictus.

**¶** Quæ nam sint quæ beatæ Mariæ filios  
que eius præbuerunt occasiones gaudi  
orum, & quomodo illis sit gratulādū.

Exhortatio III.



Eperit filium suū primogenitum, Lucæ secundo. Tempore veteris testamenti sterilitas erat in opprobrium, ac etiam virginitas, quasi res infructuosæ: fœcūditas vero erat in commendationem & gloriam, hocq; propter cultum diuinum, qui ex sterilitate imminuebatur, & ex fœcunditate augmentabatur, quando apud solos penè Iudeos diuinus cultus permanferat, cæteris gentibus idolatriæ deditis. Verum illa fœcunditas sub male dicto erat dicente domino: In dolore paries filios. Qui dolor procedit ex meatuum apertione & illoꝝ locorum, ex quibus egreditur puer. Ab hoc maledicēto libera erat beatissima hæc puerpera, quæ peperit filium suum primogenitum sine dolore. Fuit etiam absoluta à sterilitatis opprobrio, quia virgo cōcepit & virgo peperit, prout testantur prophetarum & euangelistarum oracula. Idecirco congaudens ipsi virgineæ matri, cantat ecclesia. Nesciens mater virgo virum, peperit sine dolore saluatorem seculorū. Congaudent angelorum chorū glorioſæ virginis, quæ sine virili commixtione genuit. Non dicerentur angelii congaudere virginis parienti nisi ipsa gauderet.

Genesi, 3

Lucæ, 2

Isaiæ, 7

Lucæ 1

DE BONI DIVINA LIB.II. Fol. 86

Congaudeamus fratres charissimi etiam nos. Hoc sit desiderium nostrum congaudere dei matri. Hoc optemus, ut gratia nobis praestetur congaudendi, & ore mus, ut impetrare hoc pro nobis ipsa dignetur. Verus amator in amici prosperitate non querit dona, sed congaudium offert. Verus amator dei non querit ut euadat infernum aut purgatorium aut quæcunque mala, nec querit dona plurima: sed solum placere appetit & congaudere. Euadere vero mala prætacta, & obtinere dona querit, ut placeat & congaudere valeat. Hoc satis innuitur verbis beati Iohannis Baptiste, quibus ait: Amicus sponsi, qui stat Iohann. 3  
& audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere, me autem minui. Satis innuit beatus Iohannes his verbis, quod profectus Christi domini erat suum gaudium. Hoc etiam fideli seruo, pro summa beatitudine dominus promisit, dicens: Serue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui. Non dicit in gaudium tuum: sed in gaudium domini tui: Quasi diceret: Intra, & pro mercede habeas quod congaudeas mihi. Quare enim videret gaudium domini sui nisi ut congratularetur ei? Ideo orare nos docuit: Pater noster qui es in celis, sanctificetur nomen tuum, id est, benedicatur nomen tuum, sicut est sanctum. Matth. 6  
Petit orans ut omnino fiat, immo congaudet sanctitati diuinæ, quasi diceret: O sanctificetur ab omnibus nomen tuum, & sit sicut est sanctum. Hæc est petitio mea, hoc desiderium meum. Adueniat regnum tuum, hoc est, status ille in quo placebo domino, in quo benedicam domino, in quo cognoscam dominum, in quo fruar domino. In quo congaudebo purissime domino. Propterea dicitur in Proverbiis: Præbe fili mi cor tuum mihi. Præbe cor quod est principium vitæ, cor quod mouet & vivificat omnia membra & totum hōiem, cor in q̄ est affectus

Lucæ 9  
Prover. 23

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

animi. Quasi diceret, peto totalem vitam & totum hominem & omnem amorē. Nec vult vt mutuemus ei cor sicut faciunt qui ipsi seruiunt seruili timore, vt pœnas euadant. Nec vult vt vendamus ei cor, sicut faciunt qui ipsi seruiunt sicut mercenarij pro mercede. Sed vult, quod pœbeamus ei liberaliter ex amore casto totum cor: sicut alibi præcepit, dicens: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. Et hic solus est amor, qui nouit sincere congaudere. Cum ergo gloriolæ virgini felicissimæ puerperæ matri dei nihil præstare possumus, congaudere puro affectu eisdem studeamus, & hoc sufficit sibi. Erat huic puerperæ magnum gaudium, quod virgo concepit & manens virgo peperit, sed maius gaudium erat, quod dei filium generauit. Dicit dominus: Mulier cum partit tristitiam habet, quia venit hora eius, scilicet partus & doloris. Cum autem pepererit puerum, iam non meminit pressuræ, propter gaudium, quia natus est homo in mundū. Quantum igitur gaudiū habuit beata Maria, quæ nullū in partu sensit dolorē, & sciret se deum & hominem & mundi totius creatorem & salvatorem peperisse? Gaudium quippe generatur ex bono concupito & iam adepto. Et procul dubio, quanto melius est illud bonum, tanto maius est gaudium. Gaudium vero beatæ Mariæ erat de altissimo bono, scilicet deo, ad cuius comparationem omne pulchrum est fœdum, omne dulce amarum, omne quod delectare potest, est molestum, ut inquit Bernardus: Huius gratiam & fauorem ceteraque excellentissima dona nobiliori modo præ cunctis creaturis receperat. Suum creatorum, suum peperit salvatorem. Suum deum suum genuit puerum, lactauit & enutriuit omnia paſcentem, lauit omnia mundantem & irrigantem. Inuoluit pannis, & ligauit fasciolis omnia conseruatum & consolidantem. Inter hæc ad interiora pueri ingreditur, & vidit infantuli animam diuinitati vni-

Deut. 6.  
Matt. 22

Ioh. 18

Bernardus.

DE BONI. DIVINA LIB. II. Fol. 87

nam. Sicut enim verbum caro factum est: ita verissime verbū anima factū est. Nō quod verbū vel in animā vel in carnem mutatū sit, sed quod in vera personali vniōne anima & caro a verbo assumptae sint. Quia enim talis vniō difficillime capitur (cum utique omnem intelligentiam excedat) voluit spiritus sanctus per suum Euangelistam ut illo modo loquendi ut diceret: Verbum caro factum est, potius quam anima factum est, aut homo factum est, ut facilius consentiret humanus intellectus quod vniōne personali homo verbo cōiunctus est. Quia si caro: ergo & anima (sine qua caro nō est humana caro) verbū factum est, nō mutatione quod est impossibile, sed assumptione. Vedit hanc vniōne ipsa mater Iesu nobilior & luminosiori modo q̄ aliqua creatura cōspicere posuit. Vedit animā pueri sui Iesu ex hac gratia vniōnis qua maior excogitari non potest nec esse potest, plenū gratiae. De cuius plenitudine nos omnes accepimus (ut Iohānes Euāgelista) imo cui nō ad mēsurā dat deus spiritum, id est gratiam. Nō q̄ eius scz Christi gratia habitualis sit infinita, sed q̄ habet gratiam secundū omnem eius rationem & effectum. Sicut si haberetur albedo secundū omnem gradū ipsis possibiliē diceretur haberi sine mensura. Alio modo etiam dicitur hoc ex respectu ad capacitatē animæ. Si enim aliquis veniēs ad fluuiſ haurire aquam, quantum posset vas capere, diceretur accipere sine mensura: licet vas sit determinatē mēsurā. Sic in proposito quia tota capacitas animæ Christi fuit repleta gratia: ideo dicitur acceptisse sine mēsura. Vel aliter: Nō ad mēsurā dat deus spiritum, &c. ut intelligatur de diuina natura, quam ab æterno pater dat filio, quæ est donum infinitum, quod tantus sit filius quantus & pater. Alio modo potest exponi de dono quod datum est humanae naturæ, ut personæ diuinæ vniatur: quod etiam est donum infinitum. Et ita sicut pater ple-

Iohan. r.

Iohan. r.

## D. PERI LEYDIS CARTHVS.

Joh. 1.

num genuit verbum: sic plenum & perfectum verbum vnitum est humanæ naturæ vel creaturæ. Hęc prædicta omnia verissima beata dei genitrix plenissime intellexit, quātum purus homo cognoscere potest, quia pleniori gratia ditata est præ ceteris intellectualibus creaturis. Cognovit ergo puerum suum plenum gratiæ, plenitudine non solum sufficientiæ, sed etiā redundantię in alios: quia est caput non solum hominum, sed etiam angelorū. Cognovit etiam eum plenum veritatis incretae, cui erat homo ille atq; puerulus Iesus vnitus personali vniōne. Cognovit etiam eum plenum veritatis, in quantum habuit notitiam omnium, quæ cognoscit deus, notitia visiōnis. Cognovit ergo filiolum suum plenum sapientia & scientia atq; prudentia & ceteris cognitionibus & quod implere deberet omnes figuræ & promissiones legis Mosaicæ, exhibendo vmbbratum veritatem. Vedit etiam eundem superbenedictum filium vteri sui virginalis, omni ornatum virtute & excellentissima charitate, per quam opus nostræ redēptionis assumpserat, vedit dulcedinem ipsius Christi domini & domini maiestatis, qua humanæ naturæ, & singulis hominibus & p̄cipue ipsi dulcissimæ matris aff. ciebatur. Vedit tandem gaudium cordis filij sui charissimi, quod excedit omne gaudium omnium angelorum & hominum. Quia ipse filius obtinuit bonum diuinum per cognitionem & amorem excellentiori modo, quā vlla intellectualis creatura, p̄cipue in animæ portione superiori, secundum quam erat beatus & compræhensor, & in inferiori portione quantum redundantia à superiori portione præstabat. Legimus enim in Eangeliō, quod exultauerit in spiritu sancto. Nec enim verum est, quod quidam opinantur dominum Iesum & piam matrem eius semper fuisse tristes, cum propheta dicat: Non erit tristis, &cetera, & Euau-

Luc. 10.

Ilia. 42.

## DE BONI. DIVINA LIB. II. Fol. 9e.

Matt. 26.

gelisti: Cœpit contristari & mœstus esse. Quod es  
nim cœpit & initium habet, utique non semper fuit.  
Et quomodo non potuit gaudere in matris vtero  
& postea ex vtero, qui plenus erat præfatis omni-  
bus bonis, cum legatur præcursorē sanctum Iohā  
nem exultasse in visceribus matris ob aduentum  
ipsius Iesu, quasi ipsi congratulando. Gaudebat sa-  
ne dominus Iesus adhuc infantulus, & in vtero  
matris clausus, imo ab hora conceptionis suæ in-  
effabili & nobilissimo gaudio in quantum homo su-  
per inenarrabilibus bonis, quæ sibi diuinitas gra-  
tiosissime contulerat. Cognovit & vidit hoc Ma-  
ria mater eius & congaudebat filio suo maiori gau-  
dio, quam vñquam illa mater gaufa est super fi-  
lio suo. Inter hæc aduertit & sensit Maria quomo-  
do filiolus suus, secundum vtramq; naturam om-  
nia interiora suæ matris perlustrabat, vbi nihil  
inuentum est, quod tantam maiestatem offendere-  
ret. Vnde ex hoc aspectu accepit dulcedinem & gau-  
dium maximum. Quis enarrabit hæc? Quis di-  
gne congaudebit duabus dignissimis personis istis,  
in tantis purissimis gaudijs Iesu & Mariæ? Certe  
solus is, qui habuerit fidem claram, spem firmam,  
charitatem feruentem, cum corde mundo. Hic so-  
lus perspicere potest præscripta & eorum intellige-  
re veritatem, & recipere atq; sentire dei & Ies-  
su, ac Mariæ in se respectum melle & omni suauis-  
tate dulciorem. Hinc ecclesia orat hoc sacro tem-  
pore, vt præstetur nobis fidei spei & charitatis aug-  
mentum. Iam enim præ assidua quotidiana refe-  
ctione anima nostra (de tepidis christianis lo-  
quor) naufragat super cibo isto leuissimo, nihil e-  
nim oculi nostri vident nisi Man, id est, sacram  
scripturam quæ in prophetis satis insipide vt vbi-  
que satis obscure traditur. Idcirco pene totus

Lue. 1.

M 2

Nume. 11:

D: PETRI LEYDIS CARTHVS.

orbis, ut sunt Iudæi, Saraceni, omnes hæretici, ut te  
pidi Christiani murmurant contra Man, cupiuntq;  
ollas carnium, id est, carnales scripturas, & panem  
mendacijs, scilicet scripturas fallaces, & cepe ut alia  
id est, scripturas vanitate plenas. Qui si pia fide Man  
angelorum cibum sumerent, & mundo corde retin-  
rent, gustarent vtiq; omne delectamentum, & omnis  
saporis suavitatem, secundum omnem voluntatem  
eorum ad omnem sensum spiritualem. Itaq; charissi-  
mi fratres exerceamus fidem nostram ut clarificetur  
ferueat desiderium placandi deo, cor plenisime mu-  
detur, ut digne aliquid sentire valeamus de domino  
Iesu & pia matre eius Maria, quæ hodie peperit eum  
suum primogenitum, & ipsis intime congaudere, &  
& eorum in nos in intimis nostris respectum recipere  
& sentire feliciter valeamus.

**¶** Quid Christi nobis conferat na-  
tiuitas. Exhortatio III.



Aruulus natus est nobis, & filius datus  
est nobis, Isaïæ 9. Verbis propositis pre-  
sentis gratissimæ atq; iucundissimæ so-  
lennitatis materia innuitur, quæ est na-  
tiuitas Iesu Christi, domini dei ac salua-  
toris ac glorificatoris nostri, quæ nos-  
bis data est in salutem, in admirationem & in exem-  
plum. In salutem, quia sine ea à peccatis nostris &  
æternis incendijs congruerter liberari nequivimus,  
neq; ad regnum cœlorum ascendere potuimus, quâ-  
uis liberandi genus humanum alijs modi deo non de-  
fuerint. In isto enim liberationis & redemptions  
modo suam nobis dilectionem deus pater lucidius  
manifestauit, atq; hominis liberum arbitrium dulci-  
us allexit, & efficacius ad se cognoscendum, reamā-  
dum atq; fruendum reduxit. Hæc in verbis domini

DE BONI. DIVINA LIB.II. Fol.89

Iesu innuntur, vbi ait: Sic deus dilexit mundum, vt Iohann.<sup>3</sup>  
filium suum unigenitum daret, vt omnis qui credit  
in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. De  
hoc opere redemptionis nostræ ait Bernardus: Hoc Bernard.  
omnino amorem nostrum facile vendicat totū sibi  
hoc est quod nostram deuotionem & blandius allicit  
& iustius exigit, & arctius stringit, & vehementius  
afficit. Dixi secundo, q̄ data est nobis Christi nativitas  
in admirationem, vt habeamus quibus exerceas-  
mūr studijs in valle præsentis misericordie, donec plenis-  
tudo sapientiae nobis aperiatur, & discamus ex ad-  
miratione tanti mysterij vere philosophari, & fieri  
amatores veræ sapientiae ex opere eiusdem sapientiae  
maximo, quod est deus & homo, quod insinuat no-  
bis in verbis thematis: Paruulus natus est, &c. Istud  
est opus illud admirabile, de quo angelus ait ad Ma-  
riam: quod nascetur ex te sanctum. Sanctum in se, &  
omnia sanctificans: quia gratia & veritas per Ie-  
sum Christum facta est, & hæc sanctificant totum ho-  
minem, & saluum faciunt cum operibus suis. Opus  
admirabile, quia unum sunt hypostaticē tanta parui-  
tas & tanta magnitudo. Paruitas in his consistit, q̄a  
paruulus iste est homo ex nihilo creatus, & in nihilū  
reversurus, nisi manu omnipotentis teneretur. Ho-  
mo inquam unius noctis, unius horæ, infans unius  
dies. Et hæc ex naturæ paruuli conditione geniti. Ex  
dignatione vero, infans vagiens in præsepio, circum-  
ligatus fasciolis, frigens, esuriens & sitiens, mortalis  
in similitudine apparet carnis peccati, periculis He-  
rodii expositus, crumnis plenus, pauper, miser & mi-  
serabilis, debitor uniuersarum iniquitatum filiorum  
Adam, destinatus ad mortem turpissimam & ultra  
omnium hominum mortem pœnosissimam. Et hic  
paruulus natus est nobis. Magnitudo vero eius, de Roma.8  
qua dixit angelus: Hic erit magnus, & filius altissimi  
vocabitur, non falsa aut similitudinaria appellatiōne

Lucæ.2

Iohann.2

Roma.8

Philip. 2

Lucæ.2

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Filius dicitur, sed vera, non adoptiuia, sed naturali. Filius aurem dei naturalis, verus deus est, quia vna est natura patris & filij & spiritus sancti. Est ergo filius iste qui datus est nobis, deus infinitæ maiestatis & beatitudinis, potentiae & fortitudinis, sapientiae & bonitatis. Qui quid enim appropriatur vni personæ hoc omnibus personis commune est, dempta processione personali, vel existentia personali. Est ergo filius qui nobis datus est omnino incomprehensibilis omni creaturæ, creator & conservator, gubernator & cognitor vniuersorum usq; ad maxima & minima. Et hæc paruitas & magnitudo vñ sunt supposito ut in hac mortalitate, & in hac nocte deus imortalis factus sit mortal is, iacuit in p̄sepio, fleuit, sicutiuit, vbera virginæ matris suxit. Sic paruitas magnitudine humiliauit, quæ tamen mansit quod erat. Et magnitudo istam paruitatem intantum exaltauit & magnificavit, quod infans iste qui verè omnia creauit, omnia gubernat, & omnia conservat, iacet in p̄sepio, & regnat in cœlo. Opus nimis admirabile, vincens scientiam nostram. Duæ naturæ intantum dispare, & in vna persona intantum vnitæ. Hæc summa admiratione digna sunt, & à solitariis vitam profidentibus contemplatiuam, nobis scilicet Carthusiensibus, reverenter & sobrie inquirenda, & deuotione sedula gustanda & frequentanda. Dixi tertio q̄ natuitas domini nostri Iesu Christi sit nobis data in exemplu quia sicut pro nobis vñionem hanc fecit deus omnipotens, ut tanta summitas & tanta humilitas in vñ conueniret pro nostra salute: ita quoque vult quod nos pro nostra salute hanc imitemur vñionem. Ut quamvis secundum imaginem dei creati simus, & capaces diuinitatis, redempti quoque sanguine filij dei & intantum deo dilecti, & forsitan sapientia & intellectu, scientia quoque atque prudentia aliqua prædicti, virtutibus etiam ornati, & quod maius est, etiā grā

tia dei sanctificati (quam raro hoc pro certo sciatur) semper tamen in his magnis & ceteris quæ nos extollere possent, memores sumus propriæ misericordiæ, quia ex nihilo sumus, & in peccatis concepti & nutriti, & semper peccatores manemus, & si verè sapiimus, ignoramus si apud iustum iudicem peiores omnibus hominibus, etiam dæmonibus habemur, prout sanctus Vincenarius ordinis predicatorum hoc docet euidenter. Idcirco sancti doctores tradunt, quod sine mendacio omnis homo potest & debet seipsum reputare maiorem ceteris peccatorem. Sumus etiam ignari atq[ue] peruersi, & secundum corpus mortales & in cinerem reuersuri, viles fœdi ac factidissimi, confusione pleni, & ceteris malis implicati innumerabilib[us]. Hæc ergo vno in nobis semper sit fratres charissimi, ut dum nostra nobilitas, quæ à deo est, semper per respectum nostræ vilitatis humiliatur, tandem ipsa nobilitas nostra, nostram vilitatem valeat sublimare, cum per eū mortale hoc induerit immortalitatem, & corruptibile hoc incorruptionem.

1.Cor.33

**¶ Christi beneficia eiusdemq[ue] amabilitas quomodo animam prouocent ad reamandum.**

### Exhortatio V.

Anquam sponsus procedens de thalamo suo. Verba sunt regij prophetæ, prophetantis de filio suo Messia nascituro Psalm. 18 in die salutis & plenitudine temporis, de virginæ matre, instar solis rutilante. Quæ verba quia hodierna solentis tate impleta sunt, ecclesia cum magno iubilo, maxime in ecclesijs secularibus, frequentat: per quæ omnium nostrum & singulorum conscientia convernit ad reamandum q[ui]cum deum nostrum: ga liceat

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Multa & superadmiranda suę dilectionis ac benevolę  
tiae erga nos inditia per innumerā & per maxima be-  
neficia p̄stiterit, ta men in hoc quōd se nostrū spō-  
sum appellare dignatus est, omnes solitae charitatis  
metas excessit. Vnde ait Bernardus super Cantica:  
Excellit in naturae donis affectio haec amoris p̄s-  
sertim cum ad suum recurrat principium, quod est  
deus, nec sunt inuenta æque dulcia nomina quibus  
verbi animæq; dulces adiuicem exprimerentur af-  
fectus, quemadmodum sponsus & sponsa. Quippe q̄  
bus omnia cōmunia sunt, nil propriū, nil diuisum à  
se habentibus, vna vtriusq; hæreditas, vna domus  
vna mensa, vnu thorax, vna etiam caro. Et ve-  
re ita esse de Christo & nobis scripture testatur.

Christo quippe & nobis omnia sunt communia.  
Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est no-  
bis, cum quo omnia deus nobis donauit. Pater  
enim diligit filium & omnia dedit in manu eius. Est  
vna hæreditas: quia dedit nobis potestatem filios  
dei fieri. Si autem fuerimus filij: & hæredes eri-  
mus, hæredes quidem dei, cohæredes autem Chris-  
ti. Vna domus: quia in domo patris sui mansio-  
nes multæ sunt, quas nobis in cœlestibus p̄para-  
uit. Vna mensa: quia quotidie nos filii dei, sumus  
sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ domini  
Iesu, expectantes promissum eius, ut edamus & biba-  
mus super mensam eius in regno suo. Vnu thorax  
quia dicit sponsa: Lectulus noster floridus. In lectulo  
meo per noctem quæsiui quem diligit anima mea.  
Et sponsus: Ne suscitetis, neq; euigilare faciatris di-  
lectam, donec ipsa velit, id est, nunquam. Vellemus  
enim semper in hac vita cum sponso Christo in de-  
litiis contemplationis quiescere, qui delicias suas  
voluit esse cum filiis hominum, & fructus gracie-  
rum & meritorum sine fœditate concipere, & sine  
gemitu & pœnaltate parturire, sed intercipitur. In

Isa. 9.

Roma. 8.

Ioan. 3.

Ioan. 1.

Roma. 8.

Ioan. 4.

Psal. 127

Lucæ. 22;

Can. 1.

Can. 3.

Can. 2.

Prou. 8.

DE BON. DIVINA LIB. II. Fol. 91

lectulo tamen cœlesti perpetuabuntur hæc requies,  
 & hæ delitiae, inhærere deo & domino Iesu Iponso  
 Propter seipsum per claram intuicōem & fructuū  
 amorem, & beatitudinis infiniti fructus, & actus si-  
 ne villa interpolatione imperpetuum procreabuntur  
 Ecce thorus immaculatus & honestissima requiecio-  
 nis, castissimæ quoq; voluptatis deliciarum dei, & vs-  
 berrimæ fecunditatis, vbi fructificat anima san-  
 ctæ Christo & sibi. Vna etiam caro, de qua Aposto-  
 lus: Propter hanc relinquunt homo patrem & matrē  
 & adhæredit vxori suæ. Sacramentum inquit, hoc  
 magnum est, ego autem dico in Christo & in ecclæ-  
 sia: Verbum enim caro factum est, & habitauit in no-  
 bis. Nisi enim nostram carnem assumpisset, non  
 habiraret in nobis. Ex his nobis verbis præcipui &  
 maximi amoris affectus ipsius dei erga nos mani-  
 festatur. Quæ iuxta sanctum Bernardum: nobis do-  
 minus sub nomine sponsi dignatus est insinuare.  
 Qui etiam pro sponsa sua seipsum tradidit in mor-  
 tem, vt exhiberet eam sibi sine macula & ruga, cha-  
 ritatem implens, qua maior haberi non potest. De  
 cet autem sponsam reamare sponsum, si tamen ama-  
 bilis est. Et quis amabilior Christo Iesu Iponso no-  
 stro? Ipse siquidem est filius dei patris naturalis  
 consubstantialis, æqualis & coæternus, splendor  
 gloriae, & figura substantiæ eius, candor lucis æ-  
 ternæ, & speculum sine macula (in quo relucunt  
 omnia clarissime) & imago bonitatis illius. Ipse  
 est incommutabilis deus, creator, conseruator, gu-  
 bernator, & finale bonum omnium. Ipse est noster  
 amator, noster gratificator, noster saluator, noster  
 glorificator, & omniū beatorū sempiterna beatitudo.  
 Ipse est de spiritu sancto coceptus, genitus per virgi-  
 nē, ex propheticā & regia stirpe originem ducēs,  
 plenus gratia, sapientia & virtute, & vt de plenitu-  
 dine bonitatis eius oēs valeat adimplere. Ipse sua spe-

Ephe. 5.  
Iohan. 1.

Bernard:  
Ia. 53  
Ephe. 5.  
Iohan. 1. 5.

Hebr. 1.  
Sapi. 7.

Luc. x.

Iohan. x.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Psal. 44.

cie & pulchritudine processit ad regnum, anima & carne nobilissimus: speciosus præ filiis hominum, flos totius humanæ naturæ, & totus desiderabilis. Denique deus & homo perfectus à die conditionis suæ, & usque in sempiternum. Ecce amabilis spousus & coronatus hodie de thalamo virginali processit. Nunc igitur habens talam sponsum o sponsa Christi Carthusiana, quæ inter ecclesiæ filias es quasi lumen inter spinas, cum omnes religiones cædo spinas cupiditatis & impietatis proulerint, tutamen semper virens, lumen candens innocentiae & redolentis bona famæ, in arrepto proposito per seuerando, Christo domino produxisti. Merito igitur præ ceteris in ecclesia dei te sponsam appello. Sic enim ecclesia dei sponsa Christi dicitur, ut tamen omnes fidelium animæ hoc nomine valeant insigniri, tantum enim amoris dominus Iesus impedit singulis quantum omnibus, & sic intendit vni animæ & curam eius habet, quasi non essent plures. Igitur Carthusiana anima, tu filia Sion, id est, speculatōnis, egressere a te ipsa, (quia nisi a te ipsa defeceras ad eum qui supra te est non appropinquabis). Egedere inquam, plena charitate, & virtutibus ornata, & vide regem Christum sponsum tuum in diadema te mortalitatis, in quo splendet signum sanctitatis vietæ, gloria honoris eius, & opus fortitudinis atque visitationis, quo coronauit eum mater sua, quia substantiam carnis virgo mater ministravit. Ex magnitudine amoris non sufficit sponsus ut carne nostra circundaretur, sed in ea diadema mortalitatis habere voluit. Quapropter videmus eum, qui ex hoc paulo minus ab angelis minoratus est, gloria & honore coronatum. Vide inquam, quomodo coronauit eum mater sua in die desponsationis illius, in die lætitiae cordis eius, id est, hodie. Exultauit enim ut gigas ad currēdam viæ passionis propter salutem nostram

Gregori.

Cant. 3.

Hebr. 2.  
Can. 3.  
Psal. 18

## DE BON. DIVINA LIB.II. Fol.100

Vnde in Psalmo: Domine pater , in virtute tua læta:  
 bitur rex Christus, quia passio eius efficacia habuit  
 ex diuinitate, & super salutare tuum exultabit vehe-  
 menter. Desiderium cordis eius tribuisti ei. Desideristi  
 quippe & gaudium cordis domini Iesu est salus sp̄o-  
 sa iuæ, quam pater per filium fecit. Quod si ignoras  
 te in tantum amari o pulcher rima mulierū, pulcher  
 rima propter Carthusianæ obseruantæ decorum in  
 comparatione altiarum religionum: abi post vestigia  
 gregum communium iustorum etiam secularium, &  
 pasce hædos tuos, ex se factætes, id est, quinq; sensus  
 iuxta tabernacula pastorum , ibi videbis claritatem  
 nuntij sponsi tui , & audies gloriam deo cantantes  
 angelos pro gaudio salutis tuæ , & odore felicissimæ  
 fama percepto , cum pastoribus festina ad domum  
 panis Bethlehem, vide verbum infans, vide verbū  
 abbreviatum, quia ligatum fasciolis in præsepio tas-  
 cer, quod cœlos replet & terram, contrecta eum: re-  
 dolet enim , cum sit optimæ complexionis , & vide  
 manus eius & pedes, quia ipsem est, manduca eum  
 quia est panis viuus qui de cœlo descendit , & gusta  
 quām suavis est dominus tibi: Et in his memor esto  
 quod ad mensam potentis sedes, & sic mitte manum  
 tuam, sciens quia talia oportet te præparare. Cibus  
 qui cum nausea sumitur , nec bene masticatus, non  
 bene nutrit . Hædus animal immolatitium est, &  
 ruminat. Masticâ igitur cibum istum, & ruminâ co-  
 nec ad medullam peruerteris. Agnosce quia ipse est,  
 quem tibi supra descripsi . Deus pro te homo morta-  
 lis factus est, & quæ dura sunt carni elegit, non mol-  
 lia. Iniurias ferre venit, non irrogare . Prosperitates  
 diuitias , honores, voluptates seculi respuit , egenus  
 factus est, non venit suā voluntatē facere, sed patris  
 Et ut summam oīm virtutū concludamus, charitatē,  
 quam mente plena gestauit, & ore docuit, operibus

Cantic. 9

Iohann. 6  
Psalms. 33  
Prover. 23

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Lucæ 23

excellentissime demonstrauit, ut etiam moriens pro  
inimicis exoraret. Cum hæc agnoueris, masticans &  
ruminans, reñce nauseam, expelle teponem, accende  
affectum, incorpora tibi cibum istum ut conforteris  
& crescas, & mitte manum tuam, & para amico tuo  
sponso tuo qualia de sua mensa accepisti. Displiceant  
tibi mollia & delectamenta carnis, placeant tibi du-  
ra, displiceant tibi superbia & honores seculi, places-  
at tibi humilitas & tui ipsius despectio. Dispiceat tis-  
bi inobedientia & propria voluntas, placeat tibi obe-  
dientia & voluntas aliena. Dispiceat tibi vel modicū  
habere cum hoc seculo, & placeat tibi voluntaria pau-  
pertas super omnia, & in omnibus placeat tibi dilec-  
tio dei & proximi, ut etiam aduersantibus & dispi-  
centibus tibi velis prosperos successus, ut his ornata  
tanquam sponsa egrediaris de thalamo carnis tue,  
& dicetur tibi coronandæ in die desponsationis tue,  
& in die lætitiae cordis tui, cum iam nuptura eris in  
regno sponsi tui, hoc quod eidem sponso tuo dictum  
est: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propte-  
rea vnxit te deus, deus tuus, oleo lætitiae præ parti-  
cipibus tuis, in qua lætitia regnabis cum sponso tuo  
Iesu Christo in æternum.

Psalm. 44  
Heb. 2

¶ De quadruplici sensu scripiuræ, &  
quām digna sentire debeamus de  
Christo. Exhortatio VI.



Erbum breuiatum faciet dominus sup-  
terram, Ad Roma. 9. Per dictatum vo-  
bis loquor fratres potius, quām aut col-  
loquendo aut declamando, ut olim fa-  
cere consueui, quia hic modus gratior  
vobis est, & mihi leuior, & etiam fortas-  
sis utilior: quia verbum nostrum nisi scriptis commē-

Psalm. 118 detur, perit, verbum autem domini, licet abbreviatu-

manet in aeternum. Oportet autem ea quae diximus, ita moderari, ut & si non omnibus omnia, omnibus tamen aliqua conueniant. Incipientibus enim & proficiuntibus debitor sum. Hinc est, quod interdum quædam excellentia & ardua, nonnunquam vero quædam cōmunitas & simplicia propono. Quae sicut cura paterna & charitativa sine simulatione offeruntur, ira filiali & pio corde sine tristitia sunt recipienda. Scendum, quod sacra scriptura diuinus nobis tradita, a sancto Hieronymo maximo labore translatā, a sanctis doctoribus explanata, quam quotidiana deuotione non sine magnis vigilis & laboribus frequentamus, est para disus & hortus voluptatis, in quo deus posuit hominem, ut excolet & custodiret illum. Hic quadriparito fluvio irrigatur. Ex uno quippe fonte intellectus historici, vel exemplo facti nos docet, vel sensu moralis eiusdem historiæ quid agere debeamus innoscitur, vel quid credere oportet instruit, vel quid sperandum sit in futurum manifestat. Latet hic vberitas magna spiritus. Quod si quis ad hanc vbertatem intellectus & affectus peruenire nequeat, patienter agat, non tandeat eum quod in sacra scriptura verba multiplicantur, & eadem saepe reiterantur. Non est enim aliquid otiosum vel superfluum in eis, cum dominus Iesus auctor eorum dicat: Non peribit unum iota, nec unus apex de lege, &c. sed ex charitate & fide, ex religiositate (id est, cultu diuino) & obedientia (quaesunt maximæ virtutes) verba spiritus sancti deuote reuerenter & diligenter auscultet, & non desidiose & somno lēter (Maledictus est enim qui facit opus domini negligenter) donec introduci mereatur a sponsō Christo in cellam vinariam, ubi iam rudis litera existens, quasi aqua insipida mutata sit in vinum. Quod si in isto seculo factum non fuerit, propter præfatas tandem excellentes virtutes homo faciens quod in se est recipiet vberem mercedem in futuro. Et notanter

Roman. 5

Genesi. 5

Matth. 5

Ieremi. 48

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

dico, quod si fecerit quis quod in se est: quia ut in plurimum culpa ex parte nostri est: Quilicet creati sumus ad imaginem dei, & capaces æternæ beatitudinis, & per coniugem omnis saporis & delectationis scripturarum, infectum tamen gerimus gustū spiritualium, propter amorem delectationum carnalium & rerum mutabilium. Quærimus enim non necessitatem rerū, sed delectationē vel superfluitatē. Sed ex nunc in hac gratissima solennitate fratres charissimā omnibus dimissis immundis amoribus regē pereuntium, sicutientibus vobis diuina, utrem offero refertū vino optimo & suauissimo, digno vobis ad potandum labijs vestris & dentibus ad ruminandum. Ruminandum labijs in orando, in laudando, in prædicando. Ruminandum dentibus lacte candidioribus immundis actibus rationis & intelligentiae, ac votis luntatis, frequentandum, contemplanq̄ū & desiderandum. Nisi enim dentes animæ candidi fuerint, hoc

Prouer. 23  
Roman. 9  
Canti. 5  
Psalm.  
**Canticos. 5**

vinum filare ac ruminare nequibunt: sed curiosus maiestatis scrutator opprimitur in gloria, & obfusca pescant dentes eius. Sumite utrum. Verbum breuiatum faciet dñs super terram. O amici qui intelligitis & diligitis, bibite & inebriamini charissimi. Gultate & viderete, qm̄ suavis est dñs: Aestuent fratres hoc vino & felici ebrietate dormiant sensus carnis, ut non aduertamus eos, sed cor nostrum vigilet. Non ut ratio ne indagemus, aut intelligentia comprehendamus verbum hoc, sed sobrie intelligentes, & non perspicientes, nec comprehendentes, quasi stupidi ad tantā amoris dulcedinem liquefac anima nostra, nec se contineat, sed totaliter se in deum effundat, & in eo uiter quiescat. Sicut em̄ vinū bonū supra mensurā potatum hoiem inebriat secundum carnē, ita istud verbum inebriat spiritū. Cuius em̄ intelligentia non obstupescat, & ultra q̄ dicere præualet imaretur, cum audiat & aduertit q̄ verbum breuiatum est; Istud est ver-

DE BON, DIVINA LIB.II Fol.102

hūm quod erat in principio, & apud deum erat sicut  
secunda persona, & deus erat . Per hoc facta sunt oia  
Quod (secundum August. in 4.li.de trin.ca.1.) est in Iohann.2  
comunitabilis veritas. Vbi principaliter atq; incom  
mutabiliter sunt omnia simul, non solum quæ nunc  
sunt in hac vniuersa creatura, verumetq; fuerunt,  
& quæ futura sunt. In hoc ybo oia vita sunt. Ab illo  
nihil perit. Sicut per ipsum omnia creata sunt, ita  
subsistunt, ita conseruantur, ita cognita sunt incom  
mutabiliter. Et hoc verbum breuiatum est: quia caro  
factum est. i.homo, & positum in præsepio. Ecce illud Sapient.8  
verbū attingens à fine vscq; ad finem fortiter, tantæ  
longitudinis, nunc restrictum fasciolis iacet breuias  
tum arcto in præsepio. Tanta vmitas facta est v  
ibi & hominis ex gratia vnonis, vt sit vna persona,  
& illud verbū pati dicitur quod patitur homo, & ibi  
de m paruum & breue esse dicitur, vbi puer iste secū  
dum humanam naturam paruu & breuis est, manē  
te tñ natura diuina incommutabili, & maiestate ver  
bi non imminuta. Sic deus dilexit mundū, id est, nos  
vt fil um suum vnigenitum daret, ait ipse filius dei in Iohann.3  
euangelio. Et sic commendauit charitatem suam in  
nobis, cum adhuc peccatores essemus, ait Apostolus  
Paulus. Persuadendum fuit quantum nos diligeret  
deus, ne desperatione non auderemus erigi in eum,  
ait sanctus August.loco præallegato. Et quis non ine  
briabitur diuino amore, tāta auditæ charitate dei ad  
nos, nisi q pressus carnalibus & mundanis desiderijs  
& curis considerare non valet quid sit diligi à deo, &  
quanta sit illa diuina dignatio & benevolētia ad nos  
& q sint fructus sequuti ex eo quod verbū breuiatum  
est. Ponit August.in Enchridio aliquas causas, pro  
pter quas verbum breuiatum est, id est .incarnatum:  
q; recōciliari nos oportebat deo vscq; ad carnis resur  
rectionem in vitā æternam. Itē vt & humana super  
bia per humilitatem dei argueretur & sanaretur, &

Roma.5

August.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

demonstraretur homini quam longe à deo recesserat  
cum per incarnatum deum reuocaretur: & per hominē  
nem deum exemplum obedientiæ contumaci hominē  
præberetur, & vñigenito suscipiente formā serui  
(in qua nihil ante meruerat) fons gratiæ panderetur  
& carnis etiam resurrectio redemptis promissa in  
ipso redemptore præmonstraretur, & per eandē na-  
turam quam se decepisse latetabatur diabolus vincere  
tur. Persuadēdum erat homini ait idem Augustinus  
4. l. de tri. c. 1. quales deus dixerat, ne superbi remus  
Ecce ex præfatis verbis habemus, quod eramus vis-  
eti à diabolo, morti perpetuæ addicti, sine gratia, lō-  
ge à deo, inobedientes, superbi. Sunt & alia innume-  
ra mala culpæ & pœnæ temporalis & perpetuæ, quæ  
nos miseris efficiunt, à quibus omnibus per verbum  
breuiatum erepti sumus, & ad eternam vitam vocati.  
Insensibilis est, qui his consideratis non mouetur to-  
to corde ad reamandum, omissis omnibus alijs cōtra-  
rijs pro posse, quod denotat spiritus ebrietas, quia  
ab ea quasi insensibilis redditur. Igitur charissimi fra-  
tres, pro posse intelligamus & diligamus, & rume-  
mus frequentando verbum pro nobis breuiatum, ut  
prædicta bona consequi mereamur. Nec hoc cuiquā  
impossibile aut arduum videatur, sicut quandoq; cō-  
questi estis. Ecce ego habeo verbum in corde meo,  
quod intus manens, in sono isto vobis propono. Et  
vos audiendo verbum concipitis & generatis in cor-  
dibus vestris. Neminem vestrum latet hoc. Tale ver-  
bum est apud deum. Sed alterius naturæ & gloriæ.  
Verbum nostrum quandoq; dormit, quandoq; scilicet  
ipsum intelligendo non cogitamus. Et suscitatur qn  
intelligendo eius recordamur. Quandoq; totaliter  
moritur quando scilicet obliuiscimur. Et non est vni-  
cum, quia tot verba formamus, quod sunt ea quæ in-  
telligimus. Sed deus pater vñico actu intellectus vñi-  
cum verbum consubstantiale & connaturale incom-

Roma. 3

Idem.

smutabile, sibi æquale, & se & omnia simul repræsen-  
 tans, æternaliter generat. Huius verbi similitudinē  
 aliqualem intelligendo, semper penes nos habemus.  
 Quapropter non est nimis arduum de illo cogitare,  
 imo non potestis cogitare de deo, nisi cogitetis ver-  
 bū illud, quia de deo non cogitatis, nisi inquantum  
 vos videt. Videt autem vos in seipso in verbo. In-  
 super quando intelligitis aliquam veritatem, aut qdā  
 cunque intelligitis, hoc est ex illustratione verbi, qdā  
 illuminat omnem hominem. Ipsum verbum est co-  
 gnitio sine quo nulla est cognitio, & per quod est os-  
 mnis cognitio. De hoc verbo in hac vita intelligen-  
 do dicit beatus Augustinus in 2.li.de tri. ca. 17. Inq.  
 Augus-  
 tum dei sapientiam per quam facta sunt omnia spiri-  
 tualiter intelligimus, instantum carnalibus affectibus  
 morimur. vt mortuum nobis hunc mundum depu-  
 tantes, nos quoque huic mundo moriamur. Merito  
 ergo nemo potest faciem, id est ipsam manifestatio-  
 nem sapientiæ dei videre & viuere. Ipsa enim est spe-  
 cies, cui contemplandæ suspirat omnis qui affectat  
 deum diligere ex toto corde, & ex tota anima, & ex  
 tota mente. Ipsa est species quæ rapit omnem ani-  
 mam rationalem desiderio sui, tanto ardenterem  
 quanto mundiorem, & tanto mundiorem quāto ad  
 spiritualia resurgentem, tanto autem ad spiritualia  
 resurgentem, quanto à carnalibus morientem. Hęc  
 Augustinus. Verbum ergo breuiatum fratres! cha-  
 rissimi contemplemur, vt carnalibus mortui, spiri-  
 tuales & mundi effecti, ardenter eius desiderijs rapi-  
 amur, donec in perpetuum ipsum fruendum obti-  
 neamus.

Augus-  
 tum dei sapientiam per quam facta sunt omnia spiri-  
 tualiter intelligimus, instantum carnalibus affectibus  
 morimur. vt mortuum nobis hunc mundum depu-  
 tantes, nos quoque huic mundo moriamur. Merito  
 ergo nemo potest faciem, id est ipsam manifestatio-  
 nem sapientiæ dei videre & viuere. Ipsa enim est spe-  
 cies, cui contemplandæ suspirat omnis qui affectat  
 deum diligere ex toto corde, & ex tota anima, & ex  
 tota mente. Ipsa est species quæ rapit omnem ani-  
 mam rationalem desiderio sui, tanto ardenterem  
 quanto mundiorem, & tanto mundiorem quāto ad  
 spiritualia resurgentem, tanto autem ad spiritualia  
 resurgentem, quanto à carnalibus morientem. Hęc  
 Augustinus. Verbum ergo breuiatum fratres! cha-  
 rissimi contemplemur, vt carnalibus mortui, spiri-  
 tuales & mundi effecti, ardenter eius desiderijs rapi-  
 amur, donec in perpetuum ipsum fruendum obti-  
 neamus.

EXO. 33.

## ¶ De timore inordinato vitando.

Exhortatio. VII.

N

B. PETRI LEYDIS CARTHVS.



Olite timere, Lucæ 2. Sicut ex euange-  
lio hodie næ solennitatis patet, pasto-  
res insolita angelica claritate viſa, ti-  
muerunt valde. Naturale est, quod fra-  
gilitas humana præsentiam virtutis

angelicæ sine turbatione ferrenon po-

Iob. 4. test. Vnde dicitur in Iob: Cum spiritus me præsente  
Daniel. 11 transierit, inhoruerunt pili carnis meæ. Et Daniel

Chrysost. ait: Vidi visionem hanc grandem, & non remansit in  
me fortitudo. Et Chrysostomus ait: Non potest ho-  
mo quantumcumque sit iustus, absq; timore cernere  
angelum. Sed bonus angelus de sui visione turbatos  
semper consolatur, sicut in pluribus locis scripturæ  
habetur. Sanctus Athanasius narrat sanctum Antho-

Athanasii. nium docuisse fratres: Non est difficilis bonorum sp̄i-  
rituum malorumq; discretio. Si enim post timorem  
successerit gaudium, à domino venisse sciamus auxi-  
lium, quia securitas animæ præsens maiestatis indi-  
cium est. Si aut incussa formido permanerit, hostis

Chrysost. est qui videtur. Nititur em̄ hostis antiquus animam  
turbatā obruere, ideo auget timorem. Rursus Chry-  
sostomus: Sicut auriga perterritu loraq; dimittente,  
curruunt æqui præcipites, toraq; quadriga perueritur  
sic accidere consuevit animæ, quoties ab aliquo stu-  
pore vel solitudine deprimitur. Idcirco angelus con-  
solatur pastores dicens: Nolite timere, Nec solum se-  
dat terrorem, sed etiam alacritatem infundit, adiun-  
gens: Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, qd  
erit omni populo, quia natus est vobis hodie salua-  
tor, qui est Christus dñs. Scio charissimi fratres, &  
visa propriæ conscientiae vestræ claritate, in qua re-  
lucet quantitas, & in quantis deum offenditis, & quan-  
ta mala & tormenta peccatoribus sunt indicta, time-  
tis valde: Est em̄ horribile incidere in manus dei, vi-  
uentis. Mala enim sunt fugienda, præcipue ea quæ  
sunt peccatoribus promissa. Timor aut est circa fu-  
gam malorum, Sed bona cōsciētia fugabit terrorē, &

Hebra. 10

## DE BON. DIVINA LIB. II. fol. 164

gaudiū inferet. Nolite timere. Ecce annuntio vobis  
 gaudiū magnū, quia natus est vobis hodie saluator. Lucæ. 3  
 Fratres, quare timeatis vos? Timeat Herodes, timeat  
 at Cayphas, & Annas, & pharisæi, qui sibi timent au-  
 ferri regnū terrenū, & auari sunt. Timeant qui ter-  
 renta sapiunt, & gloria in confusione eoz. Timeat q  
 cōformant se huic seculo. Vos aut̄ cur timetis vigi-  
 lantes, & pascentes gregē sensuū vestroꝝ internoz̄ et  
 externoz̄ innocentem, in nocte præsentis seculi erro-  
 ris, ignorantia, impotentia, & malitia tenebraꝝ ha-  
 rum. Qui iā deflatis peccata vestra p̄terita, volentes  
 ea nō esse facta, & voluntatē habetis bonā deinceps  
 nō peccādi, & totaliter estis à peccatoribus separati.  
 Inīp̄ qui pascitis exteriores sensus sobrie. Et si quæ  
 min⁹ forsan ordinate delectat, hoc accidit propter  
 frig⁹ & tenebras noctis. i. minorē charitatis feruorē  
 & ignorantia, vel errorē, & facile indulget. Pabulo  
 deniq̄ spirituali quotidie, imo cōtinue interiores ve-  
 stros sensus fa ginatis. Conciues etiā vestros cœlestes  
 saltē interioribus oculis cernitis, & cū ipsis penè con-  
 tinue cōcinitis: Gloria in excelsis deo, & in terra pax  
 hominibus bonę voluntatis, qua nihil facilis ppter  
 q̄ redditur vobis iugum dñi suave, & onus eius leue,  
 & propter q̄ mandata dei vobis grauia non sunt, &  
 haec sufficit deo. Itę dico, cur timetis? Nolite timere  
 quia natus est vobis hodie saluator, de quo scriptū est:  
 Ecce deus saluator meus, visibiliter apprens in car-  
 ne. Et itę: Mittet eis saluatorē, Iesum Christū. Et i-  
 terū: Saluator poneſ in ea. Et itę: Ego dñs deus tu-  
 us sanctus Israel saluator tuus. Et frequenter in eo-  
 dem, ppheta dñs redēptor & saluator describit, sicut  
 in lectiōibus matutinalibus per totū adūētū audistis  
 De quo saluatorē in eodem propheta scribit, quod  
 vere languores nostros ipſe tulit, & dolores nostros  
 ipſe portauit, & quod vulneratus est propter ini-  
 gitates nostras, & attritus est propter scelera

Lucæ. 1  
Matth. 11  
Iohan. 3

Isaiæ. 12  
Isai. 19  
Isaiæ. 26  
Isaiæ. 43

Isaiæ. 53

## D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

nostra, & disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus, & dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum, & propter scelus nostrum pœnitus eum, & iustificauit ipse saluator noster nos, & iniquitates nostræ ipse porravit. Sed ne quis dubitet, an possit, aut sciat, aut velit saluare peccatores, audite quis sit iste saluator qui portat in fronte nomen salutare, quod dicitur Iesus. Dicit enim Iohannes: In principio erat verbum. Et Isaia: Verbum meum quod egredietur de ore meo, non redibit ad me vacuum, &c. Quod iuxta Iohannem euangelistam erat apud deum, scz apud patrem deum tanq alia persona a persona patris, & deus erat, quia una est substantia patris & filii, de quo ybo dicit Apostolus: Vtius est enim sermo dei & efficax, id est, ybū dei. viuit vita nobiliss. quia eius viuere, est diuinū intelligere, qd est respectu obiecti nobiliss. propter qd cōcludit Philos. xx. Meta, qd primū ens, siue deus viuit vita nobiliss. & optima. Nostra aut̄ vita est quidā modicus affectus illi⁹ vitę, tā in interiorib⁹, q̄ in exteriorib⁹ secundū magis & minus, & secundū sub & supra. Vita enim intellexitua in nobis est ad imaginē dei. Vita vero fēsitiua & vegetatiua data est nobis, ppter defectū intellectu etiua nostrę. De q̄ verbo subdit Apost. Vtius est sermo dei & efficax. Efficax, quia eius efficacia se extēdit ad oīa Nō est enim esse aliqd, vel potētia seu virtus sine illo. Ergo illud verbum nobilissimā vitę & potentię potest saluare. Et sequitur, penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingēs usq ad diuisionē carnis & spiritus, cōpagū quoq; & medullarū, & discretor cogitationū & intentionū cordis. Per quæ vult intelligi, qd verbum cognoscit omnia, q̄tumcumq; sunt occulta & lata. Arg⁹ subdit: Et nō est vlla creatura inuisibilis in cōspectu eius. Omnia aut̄ nuda & apta sunt oculis eius. Ergo nedū potest, sed & scit saluare, qoēs vias saluādi nouit. Et vult q̄a vult oēs hoīes saluos fieri,

Iohann. 1

Isa. 55.

Heb. 4:2

DE BONI. DIVINA LIB.II. Fol.105

Ad agnitionem veritatis venire. Et hanc bonā vos i. Tim. 2.  
luntatem exhibuit, dum ipsum verbum caro factum  
est, & habitauit in nobis, hoc est, cōuersatum est versa-  
bū nobiscum in carne passibili & mortali, vñū factū  
cū carne, id est, homine, nō vnitate naturę, sed psonę  
vt haberet in quo pateretur, & ostenderet quantum  
nos diligenter, & pariter remedium salutis afferret &  
exemplum. Habentes ergo talē saluatorem, cū bona  
cōscientia nolite timere. Nihil enim damnationis est  
his qui sunt in Christo Iesu, qui non secundū carnem  
ambulant. Sed magis iustificati nunc in sanguine  
ipius salui eritis ab ira per ipsum. Quod si consciē  
veterum delictorum peccatores vos esse agnoscitis  
nolite timere, sed consolentur vos verba Apostoli  
ad Corinthios vbi ait: Hæc aliquando quidem fuistis  
sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati es-  
tis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiri-  
tu dei nostri. Cauete fratres, iterum dico cauete, in  
ordinatum timorem, qui multa mala inducit, & mul-  
ta bona impedit, pusillanimem reddit hominem, &  
scrupulosum, & erroneum, vt omnia quæ agit vide-  
antur sibi peccata intātum qd talis nō audet cōsideri,  
nec legere horas canonicas nec missam, &cū volue-  
rit attētare legere, impedit artere, & cætera qbus  
vox formatur, ita qd formare vba debite nō possit  
& pr̄ multiplicatiōe variorū cōceptū & imaginatio-  
nū fortū. Videtur sibi qd diuersas voces int̄ audiat  
à diuersis loquētibus p̄strepentes, ob quarum repulsi-  
onē, vel si nō dum p̄strepūt, tamen ne perstrepant ex-  
teriorū icōpositos mot⁹ ostēdit capite, manib⁹ & pe-  
dibus totius corporis agitatiōe, nutibus oculorū, ere-  
ctiōe lingua, vocib⁹ & verbis terribilib⁹, &c. ita vt ab  
ignorāte putaretur veraciter à dēmone obsessus. Ti-  
mor inordinatus impedit somnū, locati in lecto fa-  
cit exilire, subtilis occulta circa peccata vel alia intel-  
ligibilia indagare, abstinere à necessario nutrimento

Roman. 8

Roma. 8

i Cor. 8.

Timor in  
ordinatus  
quæ effici-  
at mala.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Quæ omnia si continuata & fortia fuerint, inducunt  
amentiam. Et vnum pessimum his adiungit φ melan  
cholicas aut alias erroneas, aut diabolicas ratiocina-  
tiones quas soluere nō potest, putat occultas & fami-  
liares diuinias esse inspirationes. Ergo contra hunc  
timorem oportet solitarium, & volentem in virtutis  
bus, & in vita cōtempnativa, pficere, maxime vigilare,  
& totis viribus resistere, & aliorū consilijs acquiesce-  
re. Sunt qui ex hoc timore nunq̄ possunt getari in  
conscientia sua, semper timentes, φ vel non sufficiens-  
ter sunt confessi, vel dubitantes utrum sint confessi,  
vel utrum cōfitemendo vere cōtriti fuerint, quasi remis-  
sio peccatorū dareſ pp̄ter labores q̄s q̄s facit remes-  
morādo peccata sua, & cōfitemendo ea, q̄n nō posset deq̄  
peccata dimittere nisi in cōfessione. Dico vobis q̄d re  
missio peccatorū sit ex sola diuina misericordia, &nō  
alligat deq̄ virtutē suā sacramētis, quin sine ipsis po-  
test affectū sacramētorū pficere. Debet tñ homo deo  
& ecclēsię obediens, & facere humanā diligētiā, vt scire  
valeat peccata sua, & de eis dolere & cōfiteri, & remis-  
sionē deo cōmittere. Nemo enim potest scire certitudi-  
naliter, utrum sufficiēter cōtritus fuerit. Est labor in  
utilis ad hoc laborare. Debet etiam homo confidere  
φ cōfessus fuerit, q̄n solā dubitat. Quis enim potest  
retinere omnia quæ cōfitemur? cū beatus Tho. dicat,  
q̄n dubitat celebrans, utrū dixerit ȳba cōsecrationis  
nō debet ea repetere, sed procedere. Timor iste oriēt  
ex inordinato amore quem quis habet ad seipsum.  
Nolite ergo timere, q̄a pax hoības bonae voluntatis  
Bonus tamen & ordinatus timor non prohibetur q̄  
quis reueretur deum, ne eum offendat, de quo dicit  
in prouerbīs: Per timorem domini declinat omnis  
a malo, & in ecclēstico: Qui sine timore est, non  
potest iustificari. Peccatores vero nolētes se emēdere  
& peruerſi monachi & religiosi, non curātes regulam  
aut p̄fessionē sc̄a, audiant dominum Iesum apud Lu-

Thomas.

Prouer. &  
Ecclēs. I.

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol. 105

eam dicentem: Timete eum, qui postquo occiderit, has Luca.12  
bet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vo  
bis hunc timete.

**B**eneficia quinquo, quetam angelis quā  
hominibus Christi adduxit natuitas.

Exhortatio. VIII.

**G**loria in altissimis deo, & in terra pax  
hominibus bonae voluntatis. Luca.2.  
In hoc angelico carmine primo innui  
tur lætabunda angelorum gratiarum  
actio. Secundo, pax hominibus nun  
ciatur bonae voluntatis. Pro primo sci  
endū quo ex natuitate domini nostri Iesu Christi, dei  
& hominis, angelicis spiritibus quinquo singularia bea  
ficia, puererūt, p qbus gratias lætā exoluerūt. Pri  
mū est, quo eorū natura fuit ex natuitate dñi summe  
nobilitata eo quo anima rationalis (quæ est soror ange  
lor) fuit dei filio inseparabiliter copulata p incarnati  
ōis mysteriū, vnde ex hoc nobiliss. dei & virginis fili  
us (quo est persona digniss.) factus est angelos sororius.  
Aia pproprie rationalis est de eodē patre genita, & ad ima  
ginē eius, sicut angeli: quis, ppter firmiore naturā re  
presentat angelus personā viri. Anima vero, ppter infir  
miorē & murabiliore naturā, persona feminina: min⁹ tñ  
differt angelos & aia quo frat & soror, secundū quā est inf  
eos magna differētia, quo ad virtutes & gratiā, nō quo  
tū ad naturā. Igifte, p tanto beneficio gratulāt, & dicit:  
Gloria in altiss. deo. Et illud Apocal. Gaudeam⁹ & ex  
ultem⁹, & dem⁹ gloriā deo, quo venerat nuptiæ agni,  
& vxor eius parauit se. Si sublimitas angelos iā bea  
ata intantum exultat, & gratias agit deo, hūilitas hu  
mana pro tāto beneficio, per quod à perpetua damna  
tione est liberanda, & à peccatis absoluenda, à mise  
ris huius mortalitatis eruēda & ad sempitnā gaudia

Apoca.19

D: PETRI LEYDIS CARTHVS.

perducenda, quantum putamus fratres mei merito  
in deo lætari debet, & laudes & gratiarum actiones  
exoluere? Quapropter sitis in diuinis laudib⁹ strenu⁹  
id est, secundum Bernardū, reuerentiales & alacres  
& viriles, non parcentes vocibus nec somnolēti, qđ  
deus præsens est, & angeli eius assistētes psallētibus  
Nec contēnatis voces vestras. Vox eīm vestra celos  
penetrat & lærificat, infernum dirumpit & cōtristat  
purgatoriū exhilarat, super latitudinem terræ se dif  
fundit, & adiuuat, atq; fecundat. Secundum benefi  
cium est reparatio ciuitatis cœlestis, quæ depopula  
ta & imminuta fuit per casum angelorum, & imper  
fecta relista per casum hominum. Per natuitatē ve  
ro Christi imperfectio eius suppletur, quando animē  
innocētum ad decimum chorūm cœlestis hierarchię  
assumuntur, & ruinæ eius reparantur, quando per  
virtutem Christi secundum diuersitatem meritorum  
animæ adulorum, siue martyrum, siue confessorum  
ad diuersos choros angelorum in locis præuaricato  
rum collocantur. Et est hæc reparatio dignior & no  
bilior, quam fuit eius prima creatio vel institutio,  
maxime propter nobilissimas personas Christi Iesu  
& p̄fissimę matris eius. Quid dixerim animas sancto  
rum mixtas cōtribus angelorū, nisi preciosissimos la  
pides affixos vel inclusos auro? Angelica enim na  
tura appellatur aurum, iuxta illud Ezechielis: Aug  
opus decoris tui. Et de ruina angelorū subditur. Et  
foramina tua in die qua conditus es, præparata sunt  
quia ruentibus angelis ipso die creatiōis, foramina re  
licta sunt, quibus animæ sanctæ quandoq; includi de  
berent ad ornatum cœli, tanquam lapides preciosi,  
vt canit ecclesia de viuis lapidibus: Tūnisiōibus pres  
suris expoliti lapides. Vnde & in Isaia ecclesiæ dici  
tur: Eris diadema regni, scilicet in cœlis. O quam ma  
gnum gaudium ex hoc præstatutū angelis & homini  
bus. Nolite ergo turbari fratres, quando in tentatio-

Bernard.

Ezech. 28

Isaia. 62

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol.107

nes varias incideritis, aut infirmitates, & iugū Christi, aut ordinis presserit. Per talia enim ( sicut cæteri patres antecessores vestri) ad gloriam cœlestem parmini: quia (iuxta sententiam Apostoli in Actibus) prom̄ta multas tribulationes oportet intrare regnū dei. Terrium beneficium est, quod per Christum hostis angelorum fuit vīctus & expulsus. Hostis angelorum diabolus est, quem licet angeli de cœlo eiecerint, tamen in terra homines vincebat, & ibidem regnabat. Sed Christus dominus eundem vicit & eiecit, vt euangelium Iohann.12 testatur dicens: Nunc princeps huius mūdi efficietur foras. Vnde dicere poterant angeli nato domino Iesu illud Apocalypsis: Nunc facta est salus, & virtus, & regnum dei nostri, & potestas Christi eius, quia proiec̄tus est accusator fr̄atrum nostrorū, qui accusabat illos (id est, accusabiles illos fecit, per tentationes eos vincendo) ante cōspectum dei nostri, die ac nocte & ipsi vicerunt illum propter sanguinem agni. Gaudemus fratres cum angelis, quia vīctus est per Christum hostis noster, & expulsus à nobis. Sed cautele ne reducatis hostem per instabilitatem & prauitatem. Hæc enim reducunt hostem, quia ipse talis est. Vnde in li. Iob dicitur: Ecce qui seruiunt ei nō sunt stabiles, & in angelis eius reperit prauitatem. Vere instabilitas quod cōtra professionē nostrā est, à diabolo est, & ois prauitas. Quartū beneficium est, quia custodia angelorum per nativitatem Christi utilis hominibus facta est, & angelis gaudiosa. Ante aduentum quippe Christi multitudo hominū ad infernum descendit & pauci ad limbum. Quod erat dolorosum angelis quia fructus custodiarū & accidentale ipsorum gaudium perdebatur. Quapropter per Christum maiestatē dei laudant angeli, adorant dominationes, &cætere. Quintum beneficium fuit, quia per nativitatē Christi angeli calore diuini ignis accensi sunt, & illuminati, quod alias non habuissent. In angelis enim, à supe

Iaco.1  
Apoca. 14

Iohan.12

Apocal.12

Iob.4

Alber. sup  
Missus est.

D. PERI LEYDIS CARTHVS.

Rioribus fit illuminatio, secundum diuinum Dionysium. Cum igitur Christus ab instanti suæ conceptio[n]is beatus extiterit, & superior omnibus, statim posuit angelos accendere ac illuminare. Scđo aduenten dum qđo pax hominibus nuntia f quintuplex: Prima est cordis, q est cōformitas voluntatis cū ratione recta, & sano intellectu. Ante aduentū Christi erat intellectus noster tenebrosus, ratio errans, volūtas peruersa: & ideo homo verā pacem habere non poterat. Venit dñs Iesus Christus p̄ vnguentū gratiē volūtatem curauit à sua pueritate, & efficacissima remedia per sacramēta illius vulneribus reliq̄. Intellectus illuminauit: qd Iesus saluator deus est lumen veræ, qd illuminat oēm hominem venientē in hūc mundū. Venit illuminare q in tenebris & in vmbra mortis sedent, vt q aliquāt tenebræ erant, nunc sine lux in dño: quia popul⁹ q ambulabat in tenebris, vedit lucē magnam. Venit dñs Iesus plenus gratia & veritate. Nōs vero oēs de plenitudine eius accepimus. Et gratia & veritas in nobis per ipsum facta est. Scđa pax est hominibus, q est debita subiectio sensualitatis ad volūtatem scđm rationem rectam. Ante aduentum Christi, caro concupiscebat aduersus spiritum, sp̄s aduersus carnem, & iniucē aduersabantur. Sed virtute vnguentij (quod Christus dñs super nos effudit abunde) sensualitas subditur rationi, & eius freno restringitur, donec mortalitas absorbeatur invictoria. Et data est pax multa diligentibus legem suam. Hoc conspicuū est videre circa sensum tactus, in quo maior est voluptas & rebellio contra spiritum. Ecce coniugati (p sacramentum Christi adiuti) castum ducunt connubium. Virgines pro Christi amore se castauerunt & voluptates nec semel quidem experiri volunt. Temperati & sobrii, refrenant gustum & libidinem. Modesti visum & auditum continent. Martyres oēs sensus diversis & crudelissimis tormentis exposuit,

Iohann. 1

Lucæ. 1

Ephesi. 5

Isaiæ. 9

Iohan. 1

Galat. 5

Psalm. 318

DE BON, DIVINA LIB.II Fol.108

Tales super arenam per mundum multiplati sunt.  
Replent monasteria confessores per pacem dei, quæ Psalm. 118  
exuperat omnem sensum, Tertia pax est ciuium, quia Phil. 4.  
consistit in quieta sociali cohabitatione, Habemus  
in prophetis & scripturis sanctis, quanta ante aduen-  
tum Christi discordia mundum occupabat. In nati-  
uitate tamen eius per vniuersum mundum pax sole-  
nissima prædicta est, quæ designabat omnes modos  
spiritualis pacis, & hanc ciuilem cōmendabat. Qua-  
propter dicitur: Orientur in diebus eius iustitia & Psal. 71.  
abundantia pacis, quam habebat dominus Iesus etiā Psal. 119  
cum inimicis. Iuxta illud Psal. Cum his qui oderunt Rom. 12.  
pacem eram pacificus. Et nos monemur per Aposto-  
lum: quia quantū in nobis est, cū omnibus hoībus pa-  
cem habeamus: & maxime inter nos adiuicem. Sed  
vnde venit ista pax, nisi à domino Iesu, qui suis pacē  
reliquit? Videte fratres mei, vnde tanta quies inter  
vos. Conuenimus ex diuersis nationibus, differen-  
tes complexiones & naturas habentes, & pacifice in-  
ter nos viuimus. Vnde hoc, nisi ex dono timoris &  
moris domini Iesu, in cuius aduentu (vt habetur a-  
pud Isaiam) habitabit lupus cum agno, & pardus cū  
hœdo, vitulus & leo & ouis firmul, vitulus & vrsus,  
nec nocebunt, nec occident? Gratias tibi domine Ie-  
su. Quarta est pax hominum ad angelos, qui ante  
aduentum Christi erant inter se dissidentes. Venit  
dominus Iesus (vt ait Apostolus) & euangelizauit  
his pacem qui prope, id est, angelis, & his qui longe, Eph. 2.  
id est, hominibus. Quinta est pax hominum ad de-  
um. Ante aduentum domini, pœnituit deum fecisse Gene. 2.3.  
hominem, & terræ propter eum maledixit. Sed ve-  
nit dominus Iesus, legatione pacis nostræ functus  
est: receptus & auditus est pro sua reuerentia, ini-  
micitias in seipso trizophauit per sanguinem crucis suæ  
vt nos offerret deo, & pacē haberem⁹ ad deū. Ad hāc  
pacē oēs modi, pacis opitulāt̄ hoīb⁹ bonæ volūtatis

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

quia non est pax impiis. Igitur charissimi fratres, cu  
sanctis angelis glorificemus deum pro tantis benefis  
cijs, & toto corde in domino gaudeamus, semper tas  
men memores lachrymarum pueri Iesu . Gaudent  
angeli, & laudat̄ pastores d̄cū, puer aut̄ Iesus nostra  
peccata deflet, iuxta illud cantici ecclesiæ: Vagit ins  
fans, inter arcta positus præsepio. Offeramus & nos  
puero piissimo lachrymas compassionis, & pœnitentia  
tis pro peccatis nostris & totius mundi, sic gaudens  
do & lachrymando ad cœlestia gaudia & pacem fa  
cilius perueniemus.

Isaic. 48

Causæ, rationes, vtilitatesque incarna  
tionis & nativitatis verbi. Exhort. IX.

Ioha. 1

Bonauen.



Ic deus dilexit m̄dum, vt filium su  
um vnigenitum daret. Iohan. terio:  
Sic deus dilexit mundum, id est, ho  
mines existentes in mundo, & singu  
lariter nos hic sedentes, vt filium su  
um vnigenitum daret. Vt tantam di  
lectionem agnoscere clarius, & reamare arctius, &  
gustare sapidius valeamus, aduertamus intentius, q̄s  
sit iste vnigenitus filius. Dico q̄ ipse est ipsum vnicū  
dei verbum, quod in principio erat apud deum, & de  
us erat. In omni actu intellectuali generatur verbū  
quasi prōles mentis, quamvis hoc communiter homi  
nes non aduentant. Hoc testatur sanctus Bonauentu  
ra in Itinerario, dicens: Tunc intelligimus, cum si  
militudo quæ est in memoria, resultat in acie intelle  
ctus, quæ nihil aliud est quam verbum. Cum ergo de  
us summa sit intelligentia, vtq̄ intelligit, & intelligen  
do generat verbum. Et quia deus est summa intelli  
gentia, propterea est etiam perfecta. Et quia perfecta  
propterea verbum generatum est vnicum & æternū  
incommutabile: alias non esset intelligentia perfecta

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol.109

Si oporteret actum intelligendi reiterare, & nouū verbum generare. Ergo (iuxta sentētiā sancti Iacobi) Iacob. 3 apud deum non est aliqua permutatio, nec vicissitua dinis obūbratio. Idcirco etiā in deo accidens (qd est ens imperfectum) esse non potest. Verbum ergo dei non est accidens in deo, sed consubstantiale deo. Cū em̄ deus sit summum bonum, summe se communis cat & diffundit. De ratione quippe boni est, quod se communicat. Non autem summum bonum summe se cōmunicaret, nisi in actu naturali suam substantiam & essentiam communicaret. Cum ergo verbum præfatum necessario distinguitur ab eo à quo producitur, nec tamen essentialiter nec accidentaliter: idcirco distinguitur personaliter. Est ergo verbum istud alia persona distincta ab ea à qua producitur. Et dicitur verbum istud quandoq; imago dei, propter similitudinem conformem, quandoq; verbum, propter similitudinem intellectualem: sed dicitur filius propter similitudinem cōnaturalem. De ratione quippe filiationis iest, qd viiens procedat à viuente secundum rationem similitudinis in identitate naturæ. Hic vero est etiā identitate substantiae. Quapropter ratio filiationis perfectius inuenitur in deo quam in vlla creatura. Propter nimiam autem charitatē quam dilexit nos deus, hic filius coniunctus est animæ rationali, & carni humanae in unitate personali, per quam unionem factus est dei filius hominis filius, & filius hominis dei filius, non duo filii, sed unus filius. Hic est ille vnigenitus filius quem dedit deus non ex necessitate, sed vt ostenderet suam charitatem & benevolentiam erga nos, vt ipse filius per diuinitatem suam nos saluaret, & per humanitatem pro peccatis nostris satisfaceret. Quām congruum autem & decens fuerit præfato modo humanum genus redimere, sanctus Bonaventura excellenter scripsit in primo capitulo quartæ partis sui breuiologij: dicens:

Ephesi. 3

Bonauent.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Per verbum incarnatum facta est salus & reparatio generis humani, non quia deus aliter non potuerit humanum genus saluare vel liberare, sed q̄ nullus alias modus ita congruus & conueniens erat ipsi reparatori, & reparabili & reparationi. Ratio, quia cum non minus sit res conditas reparare, quam inesse producere: sicut non minus est bene esse quam simpliciter esse, decentissimum fuit, rerum principium repararium esse deum summum, vt sicut oīa creauerat deus per verbū increatum, sic oīa recrearet p̄ verbum incarnatum. Quoniam ergo deus oīa facit potenter, sapienter, & optime siue benevolententer, decuit ut sic repararet reparanda, vt suam potentiam & sapientiam, & benevolentiam ostenderet. Quid autē potestius q̄ coniungere extrema summe distatia in vñā personam? Quid sapientius & congruentius q̄ quod ad perfectionem totius vniuersi fieret coniunctio primi & ultimi verbi, sc̄z dei (quod est oīm principium) & humanæ naturæ, quæ fuit ultima omnium creaturæ? Quid benevolentius, q̄ quod dñs propter seru salutem accipiat formam serui? Imo hoc tantæ benignitatis est, vt nihil clementius, nihil amicabilius, nihil benignius cogitari possit. Conuenientissimus ergo erat hic modus deo reparatori, propter commendandam diuinā potentiam, sapientiam, benevolentiam. Itē homini reparabili modus iste congruebat. Quia enim homo cadens in culpa, auerterat & receperat à principio potentissimo, sapientissimo & benignissimo, ideo corruerat in infirmitate, ignorantiam & malignitatem. Ac per hoc de spūali effectus est carnalis, animalis & sensualis. Idco ineptus est ad diuinam virtutem imitandam, ad lucem cognoscendam, ad bonitatem diligendā. Ad hoc igitur vt homo ab isto statu repararetur, congruētissimum fuit vt ei condescenderet primum principium, reddendo se illi noscibile, amabile, & imitabile. Et quia homo carnalis,

## DE BON. DIVINA LIB.II. Fol. 110

animalis & sensualis non nouerat nec amabat, nec se  
quebatur, nisi sibi proportionabilia & consimilia.  
Ideo ad reparandum hominem de hoc statu, verbū  
caro factum est, vt ab homine ( qui caro erat ) & co-  
gnosci posset, & amari, & imitari. Ac per hoc & hos  
mo deum cognoscens & imitans, remedaretur a  
morbo peccati. Item reparacione congruebat iste mo-  
dus, quia homo reparari perfecte non poterat, nisi re-  
cuperaret mentis innocentiam, dei amicitiam, & suam  
excellentiam, qua soli deo suberat: & hoc non potuit  
fieri nisi per deum, in forma serui. Ideo congruum  
fuit verbum incarnari. Excellentiam namq; recupera-  
re non poterat, nisi reparator esset deus. Quia si repa-  
rator esset mera creatura, tunc homo esset subiectus  
meræ creaturæ: & sic non recuperaret statum excel-  
lentiæ. Amicitiam quoq; dei recuperare non poterat  
nisi per mediatorem conuenientem, qui manum pos-  
set ponere in vtrumq; & vtricq; parti conformis esse  
& vtriusq; amicus, & ideo sicut similis deo per diui-  
nitatem, sic similis homini per humanitatem. Inno-  
centiam vero mentis recuperare non poterat, nisi di-  
messa culpa, quam dimittere non decebat diuinam  
iustitiam, nisi per satisfactionem condignam. Et  
quia satisfacere non poterat nisi deus pro toto hu-  
mano genere, nec debebat nisi homo qui peccaues-  
rat, ideo congruentissimum fuit humanum genus  
reparari per deum hominem, natum de genere Adæ.  
Idem ibidem capitulo vigefimo: Deus per ver-  
bum carnem factum, pro summa benignitate ho-  
minem redemit precioso sanguine, redemptumque  
cibavit, per quod etiam in fine mundi summam  
misericordiam impertiendo, ab omni miseria libera-  
bit, vt per Christum omnes electi sint filii summi pa-  
tris, in quo erit omnis pietatis consummatio, & dei  
ad nos & econuerso. Ecce charissimi fratres ( vt  
verbis utar beati I O H A N N I S ) videte I. Iohan. 5

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

qualem charitatē dedit nobis pater , vt p. vnigenitū suum nobis datum , filij dei nominemur & simus . Et certe nisi sua benevolentia succurrisset nobis per prædictū modum pater , vtq; remansissemus omnes filii iræ , filii diaboli , filii æterni incendijs & perditiosis . Quid ergo repēdemus tantis beneficij fratres ? Saltem (vt Augustinus ait) reamare nō pīeat . Oēm igitur affectum ad eum dirigamus , ipsum ex toto cor de diligamus , omnibus omnium rerum creatarum inordinatis amoribus exclusis , omnibus occupatiōnibus reiectis , solummodo cum domino Iesu Christo saluatore nostro die noctuq; nos occupemus : Mādus enim perit & concupiscentia eius , verbum autē dei nostri manet in æternū , & amor eius . Ipse sit ergo cogitatio nostra , ipse desiderium nostrum , ipse sit amor noster , ipse sit pax nostra , ipse sit finis noster , nec aliquid nobis occurrat , nisi ipse , vt oculi nostri semper sint ad dominum . Quod vt obtainere valeam⁹ ab ipso , opere impleamus quæ ipse verbo & opere docuit , humilitatem , fraternam charitatem , obedientiam secundum omnem modum , præcipue secundū regulam nostrā . Nec palpemus nos , nec excusemus , ne ipsum non saluatorem , sed iudicem iratum sentimus . Ipse enim nouit vires nostras , nec ipsum decipere possumus , cui omnia occulta manifesta sunt . Reddamus vicem , & sic diligamus deum vt filium nostrum vnigenitum ipsi demus , scilicet verbum mentis nostræ incarnatum voce carnis labiorū nostrorum , in omni loquutione nostra , & laudibus diuinis . Et sint vox & verbum mentis coniuncta inseparabiliter , vt sit veritas in loquutione , & attentio in oratione , & sic erit , vt complacent eloquia oris nostri , & meditatio cordis nostri in conspectu eius semper .

August.

2. Iohan.  
Psalm. 318

Psalm. 24

Mcbr. 4

Psalm. 18

Angelorum admiratio super operes  
Redemptionis humanæ . Exhorta . X .

DE BONI. DIVINA LIB.II. Fol. xi

Loria in excelsi deo. Sic cantat sancta  
mater ecclesia, & originaliter hæc vers  
ba desumpta sunt ex euangelio Lucæ, Luc. 2.  
Vbi narratur, quod nato domino sal  
uatorē multitudine cœlestis exercitus  
laudat deum, dicens: Gloria in altissi  
mis deo. Laudabat astra matutina, & iubilabant o  
mnies filii dei, dum medium silentium tangerent omnia,  
& nox in suo cursu medium iter haberet, eo quod Sapien. 18  
tunc natus esset unicus filius dei. Miro quodam &  
ineffabili gaudio sancti angeli repleti sunt, videntes  
natum salvatorem, tum ex parte operis, tum ex par  
te fructus. Ex parte operis, quia non est factum o  
pus tale in omnibus regnis dei, aut in una creatura. 3. Reg. 19.  
Vidit deus omnia quæ fecerat & erat valde bona. Et Gene. 1.  
dicimus in confessione: opera domini uniuersa bona  
valde. Istud vero opus confessionis & magnifi  
centiæ, vincit laude, ut scilicet ipse sit creator deus,  
omnia in omnibus existens omnem creaturam, quæ  
per creationem ab eo exierat, per recreationem aut  
reparationem, hominem (qui omnis creatura est) si  
bi in uno supposito coniungendo, in seipsum reduxe  
rit. Vnde permanente gloria maiestatis, unus est de  
us & homo, diuina maiestas & limus terræ, verbum  
perpetuum & infans unius diei, summus spiritus &  
caro, dominus & seruus. Hæc est nouitas omnium  
nouitatum. Opus stupendum nimis, laudandum,  
reuerendum, amandum, & summa delectatione am  
plexandum. Vnde Bernardus: Stupent angelii de no  
stro, videntes eum infra se, quem supra se semper ad  
orant. Vere mysterium hoc magnum est, quo, huma  
na natura reparata est. Et hic est fructus operis hu  
ius, vnde angelii gaui sunt, scilicet salus perditos hos  
minis. Nunc ergo misericordia eius plena est ter  
ra. Et vere miserations eius super omnia ope  
ra eius. Vident angelii iudicem peccatorum infantē

Bernard.

Psalm. 32  
Psalm. 144

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

obmutescentem in sententia, ligatum fasciolis ne pos-  
sit percutere vindicando, vagientem in præsepio, ut  
ille qui iudicat, fletibus peccata diluat potius quād  
puniat. Cognoscunt ergo quia iudex hominum fa-  
etus est saluator hominum. Nec vacat à mysterio,  
quod dominus mundum ingressus, talis primo appa-  
rere voluit. Vnde etiam ab angelo datur in signum  
salutis. Inuenietis inquiens, infantem pannis inuo-  
latum, & positum in præsepio, postquam dixerat  
natum salvatorem. Dedit ergo dominus benignita-  
tem, & terra nostra dedit fructum suum, hoc est, Ma-  
riae virginea caro, non culta nec seminata, sed spiritu  
sancto obumbrata, edidit salvatorem. Iustitia em-  
de celo prospexit. Illa iustitia de qua dicitur in psal-  
mo: In iustitia tua libera me. Iustitia enim nostra

Psalm. 84. Isa. 34. Isa. 55. Psalm. 84.  
Isa. 34. Isa. 55. Psalm. 84.

In terra immunda est, ait propheta Isaías, nec salua-  
re nos potuit. Promiserat verax & misericors de-  
us iustitiam suam nobis affuturam. Iustificabit in-  
quit, ipse iustus in iustitia sua multos. Idcirco mi-  
sericordia & veritas obuiauerunt sibi. Quia quod  
misericorditer promisit, veraciter impleuit. Cap-  
tus est vnicornis. Vnicornis est animal fortissimum  
& ferocissimum, quod nullo ingenio aut fortitudi-  
ne capi potest, habens cornu procedens à medio frō-  
ti miri splendoris, quo perfodit quicquid tetigerit,  
rugitum emitit horribilem. Ad eius captiuitatem  
virgo pura aperto sinu exponitur sedens, in quem  
omni feritate deposita, caput reclinat & dormit,  
sicq; à venatoribus capitur, & vulneratur, & occidi-  
tur. Vnicornis est filius dei, deus, cuius cornu est ir-  
refragabilis iustitia. Rugitus, verbum horrendum  
scilicet: Ite in ignem æternum, cuius fortitudini ne-  
mo vñquam venatorum, id est, patriarcharum vel  
prophetarum resistere potuit, nec iram placare. Vn-  
de vñs illorum dilationis impatiens, Tu(inquit  
ad patrem) repulisti nos & confundisti nos, distu-

Matth. 25.

psal. 88.

Listi Christum tuum. Tandem nostra virgo purissima per humilitatem sedens, in suum gremium per amoris affectum dilatatum, odore virginali filium dei attraxit, in quo nouem mensibus quieuit. Caput ergo & ligatus, atque occisus est, & cornu iustitiae in nostræ salutis vslus deuenit: Iustitia igitur & Psalm. 34.  
 pax osculata sunt. Soluto enim pretio pro peccatis per iustitiam mediatoris, inimicis occisis, omnia pacata sunt, & quæ in terris, & quæ in cœlis sunt: & Coloss. x. pax æternitatis (quæ solum in cœlis est) homini restituta est, q̄ magno cum tripudio & iubilatione sancti angeli nuntianerūt dicentes: Pax hominibus bonæ voluntatis. Quamuis eñ pax æternitatis repara ta sit, eam tamen non obtinebunt nisi ij qui in hac vita pacem cordis habuerint. Non est enim pax immensus, dicit dominus. Inter hæc libet aduertere, quanta humilitas, quanta sit in angelis erga nos charitas. Non est superbia, non est inuidia nec odiū in eis. Congaudent honori nostro, congaudent felicitati nostræ. Ut autem prætermisssis cæteris, de nobis met ipsi loquamur, commune est prouerbium, inuidiam & odium regnare in monasterijs, quorum initium est superbia. Et reuera interdum prouerbium hoc verum est. Aestimantes enim se nonnulli cæteris meliores, propter nonnulla q̄ putant se habere dona, appetunt dignitates & officia, alijs inuident, de aliorum profectibus contabescunt: & si aliquid inuenerint obligandum, aut saltem speciem malij, gaudent, & soçis communicant, ut congaudeant in malum: quorum finis est interitus. Exempla multa sunt. Sed sufficit in tanta solennitate hæc obiter tetigisse. Vosip̄i hæc verba ad usuras ponite, & de ipsis latius cogitate. Sancti angeli non murmurabant, neque dixerunt: Nos melioris naturæ sumus, & filii dei ab initio, & spiritus nobilissimi & puri,

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

deoq; fideles, & tamen deus nos non apprehendit,  
sed potius semen Abrahæ commisicut se semini neq;  
filijs sceleratis, qui ab initio non steterunt, sed magis  
pro nobis deum glorificauerunt dicentes: Gloria in  
altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ volū  
tatis. Et quia hoc carmen & hunc hymnum angelicū  
isto præcipue festo frequentamus, libet in fine de re  
fiduo carminis dicere, quod vñus sanctorum hoc ad  
dedit. Et pro maiore attentione & deuotione est nos  
tandum, quod honor (vt Philosophus in Ethicis di-  
cit) est præmium virtutis. Quando enim quis scit ali-  
um virtuosum vel bonum, exterius ostendit eum di-  
gnum mercede magna, quæ tamen non potest æsti-  
mari. Ideo stulti sunt, qui pro virtute honorem reci-  
piunt. Merces enim virtutis excedit omnem hono-  
rem. Sed honorans dat quod habet, aut saltem signū  
dat, virtuoso deberi mercedem. Si facit hoc solo si-  
gno, dicit honor. Si subsidio, & hoc parētibus, dicitur  
pietas. In euangelio enim dominus dicit præceptum  
de honoratione parentum, debere intelligi de subsi-  
dio. Si fit alienis, dicitur munificentia, sicut rex ho-  
norauit Tobiam. Si deo, dicitur oblatio. Si facit  
voce dicitur laus. Ideo dicitur in hymno: Laudamus  
te. Si cum imprecatione boni, dicitur benedictio. Si  
cum debitæ subiectione, dicitur adoratio, quæ debet  
deo tanquam primo principio & authori boni natu-  
ræ, gratiæ, & gloriæ, & dicitur latria. Quæ autem fit  
intellectuali naturæ, dicitur dulia. Quæ dei genericæ  
dicitur hyperdulia. Si fit cum magna solennitate  
vel claritate, dicitur gloria. Si cum recognitione be-  
neficij, dicitur gratiatum actio. Ideo in hymno dicit:  
Laudamus te, benedicimus te, adoramus te, glorifi-  
camus te. Gratias agimus tibi, propter gloriam tuā  
magnam. Quam per incarnationis suæ mysteriū no-  
bis præparauit, & adipisci faciet cum sanctis an-  
gelis.

Hebr. 2

Isaiæ. 1

Lucæ. 2

Honor qd  
Philoso.

Marc. 7  
Tobiæ. 1

**Quomodo recte sentiendum sit de  
pcessione verbi diuini. Exhor. XI.**



Erbum caro factum est, & habitauit in nobis. Iohānis primo. Propositum verbum tantę profunditatis est tantaq; mysteria continet, vt si tot libri conscriberentur, quod cælum & terra capere possent, ea non plene elueidarent, nec intelligentiae omnes sive angelorum, sive hominū ea caperent. Vincunt enim omnem capacitatē. Nec enim parua fouea, nec paruuis pescicul⁹ capere vel absorbere posset, vniuersum mare, sic nec ullus intellēctus verbum hoc. Bonum autem nobis est quod vincimur à magnitudine salutaris nostri. Dicit enim & Psalmista: Defecit in salutari tuo anima mea. Concupiscit, & deficit anima mea, &c. Quid ergo audituri estis à me, tenebris & infacundia inuoluto fratres, ex tam breui chartula? Tamen quia frequentamus verba hæc, libet pro deuotione & attentione habenda in tanta solennitate aliquid vel tenuiter de ipsis dicere. Duo igitur veniunt consideranda circa verbū propositum. Primum est, de verbo incarnato. Secundum qualiter illud habitat in nobis. Circa primum dico notissimum esse omnī intelligenti, qd̄ deus vita viuit nobilissima. Nobilissima autem vita est intelligentia, quā vitā ipse nedum habet, sed etiam ipse est ipsa vita, capacitatis infinita & immensa. Omnis vero intelligens, in ipso actu intelligendi concipit similitudinem rei intellectae, & verbum mentis vocatur quod in ipso actu procedit & generatur, quasi processus mentis, vt inquit Augustinus. Et secundum eundem quisquis potest intelligere verbum illud, non solum anteq; sonet verbū, sed etiam anteq; sonorē eius imagines cogitatione inuoluantur, iam potest vide re aliquam verbi illius similitudinē, de quo dictū est.

Psalm. 118  
Psalm. 83

Augustin.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

In principio erat verbum. Igitur apud deum est tale verbum, cuius nostrum verbum est quædam imago & similitudo, sed multum differt ab illo, quia nostrum est accidens, & mutabile, & vile, & multiplex. Tot enim formamus verba, quot habemus intelligentiæ actus. Dei autem verbum est consubstantiale intelligentiæ, & incommutabile, & vnicum, & nobilissimum quia deus est. Ipse vnico cantamus: Præstera pater p[re]sime, patrique compar vnicus. Et iterum: Deo patri sit gloria, eiusdem soli filio. Verbum dei vnicum est, quia in deo actus intelligendi substantialis, & vnicus, & incommutabilis est, & infinitus, quia est ipsem deus. Subsistit ergo verbum deus, & non inhæret. Et quia procedit viuens a viuente in eadem natura intellectuali diuina per modum similitudinis, quod nulli alteri in eadem natura est communicabile, idcirco est vere filius & persona distincta. Ille vero a quo generatur, scilicet intelligens, necessario est pater, quia pater & filius relatiæ dicuntur. Cum ergo deus intelligat se, & omnia in seipso per verbū suum tanquam verum & bonum, necessario etiam diligat se & alia, & inclinatur ad se per modum amoris & affectionis. Alias non videretur posse dici bonus qui bonum quod intelligeret non amaret. Per hunc modum aut similitudinem, ab utroque, scilicet intelligentiæ & verbo, vel patre & filio, secundum modum voluntatis procedit sp[iritu] sanctus, consubstantialis & vnicus, & incommutabilis, & infinitus & viuens in natura intellectuali diuina, quod nulli alteri persona in eadē natura est cōmunicabile. Et propterea est persona distincta ab alijs. Ecce fratres, querendo verbum inuenimus trinitatem. Et vere nemo de una persona digne cogitare potest, nisi tota trinitas occurrat cum sit eam triū una natura, & vnum esse, & una substantia simplicissima & inseparabilis. Defectus magnus est in nobis, quod personas diuinās nimis separamus:

## DE BON. DIVINA LIB.II. Fol. 114

quia separādo psonas, etiam substantiā separamus.  
 Nescimus em̄ cogitare de deo, nisi per modum hu-  
 manum nobis consuetū, formātes nobis quasi tres  
 hoies distinctos, vel veterānū quēdā barbatū, & ho-  
 minem Christum, atq̄ columbam. Non licet itq; de  
 deo cogitare, quia fabricaremus tres deos nouos, &  
 tres patres, & tres filios, & totidem sp̄us sanctos. Sed  
 debemus cogitare vnicum intelligentē, generantē, et  
 vnicū verbum mentis eius generatum, & vnicā amo-  
 rosam affectionem vel inclinationem vtriusq; quam  
 spiritum sanctū patri & filio consubstantialē voca-  
 mus. Et sic habebimus similitudinē quandā dei, sed  
 non rē: q̄a tenebras posuit latibulū suū, & lucem inha-  
 bitat inaccessibilē, nec videbit eū homo viuens. Sed  
 reuertamur ad propositum nostre. Verbū caro factū  
 est, non pater, non sp̄us sanctus: quanq; sīnt à verbo  
 inseparabiles. Mysterium hoc magnum est. Præsup-  
 ponit hic euangelista vnam maximā, s. deū non pos-  
 se mutari. Idcirco his verbis non vult intelligi, deū  
 verbū in carnē versum, sed carnē à verbo assumptā.  
 Quia em̄ difficulter crederetur carnem deo posse vs-  
 niri, voluit vti illo loquendi modo, viliorem homi-  
 nis partē nominādo in facto, vt agnosceretur totus  
 homo in vnitate personæ, deo verbo & filio vnitus.  
 Quia caro humana non est sine aia rationali. Ecōtra  
 de Iacob dicit scriptura q̄ descendenter in Aegyptū in  
 animabus certis, nulla mentione habita de corpori-  
 bus, ga sciebat q̄ aīc non erant sine corporibus q̄ ani-  
 mabāt. Verbū caro factū est. O quantū est opus dei  
 istud fratres mei. Vtq; maximū supra oia opa eius.  
 Ecce deus & hō. Qui gloriosus regnat in empyrio.  
 vagit infans in p̄lepio. O q̄ magnū est hoc sacra-  
 tum qd sapientia dei insituit. O quātū est amabile,  
 quantū laudabile, quantū colendū & adorandū. Quā-  
 ta relucet in illo potentia, sapiētia, bonitas, charitas  
 iustitia, veritas, mīa, benignitas, clemētia, pietas.

Psalm. 77  
 1. Timo. 6  
 Exod. 33

Genesi. 48

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Custodiamus animas nostras a peccatis, & carnem a pollutione: quia verbum deus caro factum est, & habuit in nobis. Hic est fructus tanti mysterij. Ad se nos deus adeo pertinere voluit, ut non solum nos crearet, & conseruaret, & regeret, sed etiam inter nos videri, & conuerlari, & in nobis habitare voluerit, dignatione virtutum sua, non nostro merito. De primo dicit propheta Baruch: In terra visus est, & cum hominibus conuersatus est. De secundo dicit Apostolus: Dicit dominus, quoniam habitabo in illis, & ambulabo inter illos. Quid autem sit habitare in nobis, dicit ad Ephe. Det vobis pater secundum diuitias gloriarum sua virtutem corroborari per spiritum eius in interiori homine, habitare per fidem Christum in cordibus vestris, in charitate radicati & fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis quod sit latitudo & longitudo, sublimitas & profundum. Ecce per spiritum sanctum, qui datur credentibus in Iesum (quia qui spiritum eius non habet, hic non est ius) corroboramur in interiori hoce, quia vita animae creditis spiritus Iesu est. Hic vero spiritus per fidem & charitatem (quae presupponunt gratiam ex qua oriuntur, sicut ex sua natura, quemadmodum potentiae animae ex anima) per ea inquam, & per ceteras virtutes operatur spiritus sanctus opera vitae spiritualis meritoria in Iesu, qui habitat in cordibus nostris, & ea diffundit ad cetera membra spiritus alia hoc est ad omnes per gratiam sanctificatos, qui omnes eundem spiritum Iesu habent, & eos complices eorumque operi efficit, eodem quod sunt omnes corpus unus & in unicem membrum. Non solum tamen in cordibus nostris habitat Jesus & spiritus eius, sed etiam in carne sicut alibi dicit idem Apostolus: Portate deum in corpore vestro. Sicut enim anima ita & corpus assumpsit Iesus ut habitaret in nobis tanquam in carne quam in anima. Vnde ad Corinthi scribitur, Corpora vestra membrorum sunt

Bar. 3.

2. Cor. 6.

Ephe. 3

Roman. 8

2 Cor. 6.

2. Cor. 6

DE BONI. DIVINA LIB.II. Fol.113

Christi. Per inhabitacionem vero istam nobilissimā  
maxima & pretiosa nobis, pmissa donauit deus ver-  
bum ut per haec efficiamur diuinæ consortes naturæ  
vt innuit beatus Petrus: Hoc autem consorium no-  
bilissimum est, quod deus vñquam creauit. Ista inha-  
bitatio innouatur & corroboratur quotidie in nobis  
quādo Iesum in sacramēto recipimus. Intrat Iesu in  
corpus & carnē nostrā: qa verbū caro factū est, vt ha-  
bitaret in nobis. Interim animā & corpus dignificat,  
vt aliquando totū hominē ad se assūnat: illustrādo  
animā sui cognitione beatifica, afficiendo charitate  
deifica, reficiendo dulcedine mirifica. Corpus vero  
liberādo à corruptione sua per impassibilitatem, sub-  
tilitatem, agilitatē, & claritatem. Ut sicut per omnia  
nobis voluit assimilari, ita etiam similes ei simus. Ha-  
bitare itaque Iesum in nobis nunc in hac mortalitate  
per gratiam, & in futuro per gloriam, est fructus illi-  
us quod verbum caro factum est. Cum ergo charissi-  
mi ad sacram communionem accedimus, non arida  
& infructuosa consuetudine tanta mysteria peraga-  
mus, sed digne coruscante fide, flagrante desiderio  
ardente charitare, tantam gratiam cogitemus ut fru-  
ctum incarnati verbi in nobis sentiamus, & omni-  
bus membris Iesu communicemus. Omnes quip  
pe fideles vno cibo in communi pascuntur, quia vno  
spiritu Iesu viuiscantur.

.2. Pe.r:

Heb.2.

Iob.1

Huius dicti, multipharie mul-  
tisque modis, &cæter. expla-  
lanatio & de gaudiosa Chris-  
ti Natiuitate.

Exhortatio. XII.

O 5

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

**M**ultipharie multisq; modis olim de<sup>o</sup> loquēs patribus in prophetis, nouissime diebus istis loquutus est nobis in filio, quē cōstituit hāredem vniuersorum, per quem fecit & secula. Ad hebræos 1. Habent verba hāc materiā magnorū gaudiorum, quia videlicet loquutus est nobis deus in filio. Si quis tam idoneus, vt perfruatur his gaudiis. Præexigit enim omne gaudium, cognitionem & morem eius de q̄ est. Utinā inesset nobis clara fides & amor huius filij, inesset vtq; gaudium. Hoc gaudium habuit iohannes, quando exultauit in vtero. Hoc gaudiū nuntiatū & acceptū est nocte ista pasto-ribus ab angelo, qui cum multitudine cœlestis exercitus simul p̄at iubilatione concinebant gloriam in aluissimis deo. Hoc gaudium habuit in conceptione filij huius, virgo mater Maria, quando magnificauit dominum, & in deo salutari spiritus eius exultauit. Sed incōparabiliter vltterius, quādo hūc sine vlo dolore ex castissimis visceribus suis deum & hominem conspexit genitum. Et vos fratres, vt materiā p̄dicti gaudiū intelligatis, attendite sententiam beati Augustini qua ait: Fecisti nos domine ad te, inquietum est cor nostrū donec requiescat in te. Non em̄ porest nobilis aia cōtētari, nisi casto amore, summo infinito bono inhērēdo. Ad illā em̄ felicitatem ex infinita charitate cōdidit eam deus. P̄iuata vero est illa beatitudine anima per peccatum. Ad quod tollendum, & salutem restituendam, venit ipsemēt conditor humanam naturam assumens, vt abundātiorem suā miserationis charitatē exhiberet. Quod sentiens intellectu & affectu anima, infinito repletur gaudio. Hāc omnia multipharie multisq; modis olim deus loquutus est patribus in prophetis, vt scire potestis, qui totius veteris testamenti seriem frequenter audistis, si tamen intellexistis. Tanta enim obscuritate figurarum & sacramentorum &

Luc. 7.

Luc. 2.

Luc. 1.

Augusti-  
nus.

HVS.  
DE BONI. DIVINA LIB.II. Fol.116

verborum inuolutione, ordinum quoq; cofusione  
ne in prophetis Christus annunciatur, vt raro cla-  
re cernatur. At vbi aliquid clarum dicitur, statim  
historiarum cōmixtione tenebratur. Diebus vero  
istis in euangelij, & Apostolorum scriptis, palam  
nobis filius loquutus est. Vnde Apostolus Paulus  
huius filij redēptoris nostri hodie geniti excelleren-  
tiā & dignitatem describit, vt cognoscamus quia  
ipse est qui per prophetas venturus deus & homo  
atq; saluator prænuntiatus est. Dicit ergo: Loqui-  
tus est nobis in filio, quem constituit hæredem vni  
uersorum. Ibi tangitur natura humana in Christo  
Constitui enim non conuenit deo, vt beata Barba-  
ra patrona nostra argumentata est. Eo autem ipso  
so, ait Lira, quod natura humana à deo assumpta  
est in vnitate suppositi, constituta est super omnē  
creaturam. Vnde dicit apud Matthēum: Data est  
mihi oīs potestas in celo & in terra. Sequitur: Per  
quem fecit & secula. Ibi tangitur natura diuina in  
Christo: quia creare omnia, solius dei est. Pater  
enim operatur per filium, sicut per artē. Quia secun-  
dū Augustinū: Filius est ars omnipotentis dei. Sequi Augusti-  
tur [Qui cū sit splendor gloriæ] Filius dicitur splen-  
dor patris, propter coæternitatem. Sicut enim  
splendor solis est coæternus soli & tamen procedit à  
sole, & non econuerso, ita à patre procedit filius, vt  
non sit prior duratione pater filio, sicut nec sol splen-  
dore. Dicitur autem filius splendor gloriæ. Gloria qd  
enim est clara cum laude notitia. Nemo vero potest  
agnoscere patrem ad laudandum eum, nisi filius vo-  
luerit reuelare eum. Ipse siquidem filius est patris re-  
uelator. Hæc ex euangelio & Augustino Filius e-  
tiam à patre procedit, notitia de notitia, sapientia de Sapientia  
sapientia. Hinc in libro Sapiētiae dicitur de sapientia  
genita(q; est Christus, vt ait Apo.) Emanatio qdā est  
claritatis qipotentis dei syncera, Candor em̄ est lucis

Hebræ. x.

Matth. 8

Sapientia  
x. Cor. x.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

æternæ, & speculū sine macula dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Sicut enim nunquam est pater si ne notitia sui, imo' cuiuscunq;, ita nunquam est sine expressione, quæ sit in imagine interiorē, quæ ver-

**Thomas** *Verbum est. Vnde beatus Thomas: Ipse conceptus mens. I. q. 107, a 1 tis interiorius, verbū vocat. Hoc verbū, pater intelligēs. tīc. 1. do' dicit siue eructat, iuxta illud Psalmistæ: Eructauit Verbū qd̄ cor meum verbum bonū. In quo verbo relucent oia Psalm. 44 cognita per patrem incommutabiliter. Exempli Verbum gratia dicamus. Quandocunq; cognoscimus aliquid cordis qd̄. intuitiue & clare, tunc producimus in nobis verbū cordis, vel mentis, in quo relucet quicquid cognoscimus: quia sine tali verbo non fit cognitio. Et si cognitio in nobis esset incommutabilis, etiam verbum nostrę esset incōmutabile. Si esset substantia nostra, verbum esset nobis consubstantiale. Et quia pater semper cognoscit se & omnia, idcirco semper producit verbum. Hinc catholice dicitur vtrungq; & quod filius semper nascitur à patre secundum Origenem, & quod semper natus est secundum Gregorium & Ambrosium, ut declarat magister Sententiarum, distinctione 9. primi libri. Sequitur in Apostolo [Et figura substantiæ eius] Figura h̄c accipitur pro imagine naturali. Idcirco vere dicitur filius imago substantiæ vt per hoc innuatur qd̄ filius est eiusdem substantiæ cum patre. Non enim potest esse imago accidentalis, quia impossibile est deo aliqua accidere: nec nullum accidens est in deo. Et quia essentia diuina est indivisiibilis, idcirco est eadem numero in patre & filio. Sequitur [Portansq; omnia verbo virtutis suæ] id est, filius portat, hoc est, sustentat & conseruat omnia in esse, sicut omnia ex nihilo produxit in esse. Nam causa conseruationis reducitur ad genus causæ efficientis. Per hoc ostenditur filius æqualis patri in operando & conseruando, vt testatur ipse apud Iohannem: Pater meus usq; modo inquietus operatur, & ego operor*

**Origenes.**  
**Gregori.**  
**Ambrosi.**

**Iohan. 5**

DE BONI. DIVINA LIB.II. Fol. 117

Et rursum ibidem: Quęcunq; ille fecerit, hęc & filius  
similiter facit. Et Apostolus: Omnia in ipso constant.  
Sequitur [Purgationem peccatorum faciens] Ex de-

Coloff. 1

curlu Euangelij patet quod filius peccata remisit, cū  
attestatione miraculorum, quae fortissima probatio  
est, quia deus testimonium falso dare non potest.  
Dimittere vero peccata nemo potest, nisi solus deus.  
Quia iustificare impium per remissionem peccatorę  
secundum Augustinum, non minus est quam creare  
celum & terram, imo maioris misericordiae est. Igit̄  
ex hoc filius probatur & equalis patri in potentia. Est  
etiam filio cum patre & equalis dignitas, quia cum eo  
sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Cum enim  
sit vna natura patris & filii, & vna indiuisibilis essen-  
tia, eorum etiam est vna dignitas. Secundum huma-  
nam vero naturam Christus sedet ad dexterā dei per  
modum cuiusdam associationis, & eadem veneratio  
ne veneratur, propter vnitatē suppositi, quod est de-  
us. Propter hanc etiam vnitatem, quae dicitur gratia  
vniōnis, & propter gratiarum plenitudinem est me-  
lior angelis, & vniuersis creaturis effectus, & differen-  
tius præ omnibus nomen hæreditauit, quia dicitur  
& vere est naturalis filius dei. Nunc charissimi fratres  
attenta tanta dignitatis & excellentiæ maiestate filij  
in quo loquutus est nobis pater, saluatoris nostri ex  
virgine nati, in redemptionem nostram ex inferis, in  
absolutionem à peccatis, in reconciliationem cū deo  
in adoptionem filiorum & hæredum regni dei, ex in-  
timis visceribus gratias patri agamus & filio, gaudea-  
mus & lætemur, iubilemus, & in dilatatiōne charitatis  
iucundemur in domino: quia illuxit nobis dies salu-  
tis veræ. Nihilominus ne negligamus tantam grati-  
am, vigilemus circa mandata filij. Quia iuxta Pauli  
sententiam, abundatius oportet nos obseruare ea q̄  
audiuimus, scilicet, à filio, ne forte pereffluamus, id  
est, cum superfluis in æternam damnationem cada-

Augustin.

Heb. 1

Heb. 2

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

mus. Si em, inqt, q; p angelos dictus est sermo (scilicet in monte Syna) factus est firmus, & omnis praevaricatio & inobedientia accepit iustum mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? Nostz est ergo attendere charissimi, quæ loquutus est per illum deus pater. Nam &

Iohann. 7.

ipse dicit: Mea doctrina non est mea, sed eius q misit me patris. Loquutus est per illum factis & verbis, iuxta illud: Cœpit Iesus facere & docere. Omnis enim Christi actio, nostra est instructio. Sic in beatissima sua natuitate tacens loquutus est nobis, & docuit penitentiam & lachrymari, humilitatem & patientiam, obedientiam, quam ex tunc cœpit, & usq ad patibulum crucis impleuit. Charitatem dei & proximi quæ eum nasci fecit & mori. Imitemur eum fratres, & simus obedientes ei, quia iuxta Pauli vocem, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ.

Actuum. 1

Hebræ. 3

¶ De triplici intellectu dicti illius Isaiae  
Generationem eius quis enarrabit?  
Exhortatio XIII.



Hierony.

Ambrofi.

Eneratiōem eius quis enarrabit? Hac questionem facit propheta generosus Isaias, capitulo 53. vbi passionem domini nostri Iesu Christi futuram, per verba præteriti temporis tanquam īfactam, propter certitudinem propheticā describit. Quam questionem tractaturi dicimus cum glorioso Hierony. intelligendā de diuinitatis generatione, quæ incomprehensibilis & inenarrabilis est tam angelis quam hominibus. Testatur hoc & sacer antistes Ambrosius libro primo de fide ad Gratianum Imperatorem, capitulo 5. dicens: Mihi impossibile est, huius generationis posse scire secretum,

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol. 118

mens deficit, vox filet, non mea tantum, sed & angelorum. Supra angelos, supra potestates, supra cherubin, supra seraphin, supra omnem sensum est. Sanctus quoque Leo papa dicit, verba predicta prophetæ posse intelligi non solum de diuinitatis generatione sed etiam de eius incarnatione. Quis enim intelligere & enarrare potest (vt ybis utræ sancti Greg.) quoniam incorporatur verbum, quoniam summus & viuificator spiritus intra uterum matris animatur, quomodo is qui initium non habet existit & concipitur? Rursum quis enarrabit quomodo virgo concipit, virgo parit, & virgo intacta, incorrupta & illeesa manet? Vt ratiō igitur generatio est inenarrabilis. Verum dominum Iesum conceptum de spiritu sancto, & natum de Maria virgine, quod sola fide scitur & tenetur, eumque descendisse de semine Dauid secundum carnem, ut euangelista & apostolus Paulus describunt, quod (iuxta Hieronymum) est enarrabile. Videtur autem mihi (salvo saniori iudicio) quod melius exponatur de spirituali generatio, per multiplicationem fideliū, Vnde subdit propheta: Quia abscissus est, scilicet Iesus, de terra viuentium, videlicet per mortem corporalem, ad quem sequuta est multiplicatio fideliū, secundum quod dicitur in Ioh. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solū manet, si autem mortuum fuerit multum fructum affert. De incremento hoc dicit Greg. in Homilia paschali: Cum Iudei Iesum mortuū viderent, eum se vicisse crediderunt, nomen illius quāsi se extinxisse gauisi sunt. Sed ecce de morte nomen eius per mundum crevit, ex qua infidelis turbas extinxisse credit. Et quem gaudebat occisum dolet mortuum, quia hunc ad suam gloriam cognoscit peruenisse per poenam. Quis digne mirari & enarrare poterit, quod per stultitiam crucis deus saluaret mundum, quod omnes gentes, tot milibus annorum errantes, subito ad fidem

Gregorius

Matt. 1  
Roman. 1

Iohan. 12

Gregorius

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

conuolarent hominis mortui & dei crucifixi, quod toram salutis spem & confidentiam in eundem collocarent, quod eum supra omnia diligenter, quod pro eo omnes delicias carnis, libertatem, res, dignitates, & omnia relinquerent, paupertatem, alienum piacebunt, persequitiones, tormenta & mortem eligerent? Quis hanc eius generationem enarrabit? vere nemo Tamen de his tribus pro modulo capacitatis humanae aliquid edisserere tentabo, non scrutando maiestatem, sed proponendo ænigmata & similitudines. Quia & si nondum possimus videre dominum facie ad faciem, non licet tamen eum ignorare. De generatione diuina dñi nostri Iesu Christi accipiat frates charissimi istam similitudinem. Spiritus noster (quæ animam rationalem dicimus) est unicus in substantia, in qua sunt tres potentiae, spiritum illum (ad cuius similitudinem creatus est) representans, id est, dum, qui est unus in substantia, & trinus in personis. Hic noster spiritus cum de scientia (quam in thesauro memoriae intellectualis conditam tenet) cogitat, generatur ex ipsa memoria fecunda verbum intellectuale, huic scientiae omnino simile. Est autem memoria intellectualis, perfecta & fecunda, quando intellectus habet obiectum intelligibile præsens, vel in se, vel in aliquo præsentatio, supplete vicem obiecti. Talis memoria fecunda dicitur, quia habet rationem perfecti & completi parentis respectu notitie genitæ seu productæ, quæ dicitur verbum mentis, quod (ut Scotus habet in quodlibetis) integratur ex actu intelligendi, & dictione passiva, quia verbum est actus intelligendi, productus per actu dicendi, ut ingt Aug.lib.9.de Ciui.dei ca.7. Verbum dicendo intus gignimus. Et manet in mente, eodem testante ibidem. Verbum mente gerimus, nec a nobis nascendo discedit. Simile aurem est rei notæ de qua gignitur, & imago eius. Ideo expressuum siue declaratum rei est, cuius no

Scotus.

Augustin.

titia est & verbum. Hæc est generatio verbi in intellectu nostro & spiritu. Hanc similitudinem, quamvis deus dissimilitudine infinita propter eius perfectiōnem, alte transcendit: est tamen in ea non nihil quod in notitiam generationis verbi vel filij dei patris ducit. Spiritus quippe diuinus, id est, deus super intellectualis, cuius intelligere est suum esse, semper seipsum intelligit perfectissime & incommutabiliter. Idcirco ex fecundissimo parente, dicere nunquam cessante, in illo actu vno dignatur verbum intellectuale simillimum parenti intellectuali, eo quod actus intelligendi est perfectissimus. Et unicum, eodem quod actus intelligendi est unicū, incommutabilis & perpetuus. Et consubstantiale, eodem quod actus intelligendi, & ipsum intelligere est substantia diuina. Accidens enim nullum est in deo, ut etiam testatur Augustinus.

*Augustinus.*

*Ambrosius.*

li. 5. de tri. ca. 4. Et manet totum in eo a quo generatur, & generans manet totus in verbo, iuxta illud Ambrosij: In pater totus filius, & totus in verbo pater, eo quod verbum perfectissima similitudo est rei intellectæ, id est, patris, seipsum æternaliter intelligens, & pater perfectissime in illo vno actu intelligendi diuino seipsum exprimat, dicendo intellectualiter Ita perfecte loquitur pater, quod non oportet vngā repetere, iuxta illud Iob: Semel loquitur deus, & se Iob. 33. cundo id ipsum non repetit. Et illud Isaiae: Egredi Isa. 55. etur de ore meo, id est, generabitur de dicente & intelligentie me, iustitiae verbum, & non reuertetur scilicet ut iterum dicatur in actu intelligendi. Est quippe cum generante in illo vno actu intelligentie diuino substanciali, eiusdem substantiae. Est nihil minus apud patrem, vel cum patre, quia est alia persona. Nulla quippe persona proprie dicitur esse cum seipsa, aut in seipsa. Verbum est persona alia a persona generatis, quia habet aliquid quod generatis non est cōmunicabile, scilicet generari, & generata habet aliqd quod

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

¶ bo non est cōmunicabile, sc; generare. Esse autē ins  
communicabilem, psonā distincā facit in natura ins  
tellectuali. Vocat etiā istud verbū intellectuale filius,  
eo quōd de ratione filiationis sit, quōd viuens proce  
dat à viuente secundum rationem similitudinis in is  
dentitate naturæ. Sic verbum viuens vita intellectu  
ali diuina procedit à viuente eadem vita, scilicet ins  
telligente secundum modum intellectus qui est simi  
litudo intellectualis in natura diuina. Ergo est natu  
ralis intellectualis filius, non accidentalis, sed cō  
substantialis vnicus solus, & perpetuus. Et quia fi  
lius refertur ad patrē, idcirco is à q̄ procedit vel gnatur,  
dicitur & est pater, cōsubstantialis, vnicus, solus &  
semipernus. Ex his patet aliqua similitudo genera  
tionis ¶bi diuini ad verbū nostrū & rursum maxima  
dissimilitudo. Et tantum de generatione Iesu Christi  
domini nostri secundū diuinitatem eius dicta suffici  
ant. De hoc verbo dicit Apo. Omnia nuda & aperta  
sunt oculis eius. Vigilemus igitur charissimi fra  
tres circa cogitationes nostras, circa intētiones, circa  
ca loquutiones, circa operationes, ne oculos tan  
te maiestatis offendamus, & quem saluatorem ex  
indulgentia misericordissimi patris recepimus, pro  
pter demerita nostra terribilē iudicem sustinere co  
gamur. De incarnatione verbi diuini & generatione,  
ponamus vnam similitudinem, quam sexta feria la  
tius audiemus à sancto Augustino in lectionibus ma  
tutinalibus. Sicut verbum mētis nostrę, quodāmodo  
sit corporalis vox quādo ipsum alijs innotescere vo  
lumus, nō tñ mutat in vocē, nec recedit ab intelligē  
re quando alijs per vocē manifestatur: sic verbum di  
uinum, vt nobis notum fieret, cat o, id est, homo  
factum est, non tamē in hominem vel carnem muta  
tum est, nec à deo patre recessit, sed permanit id qd  
erat, & vbi erat, nulla prorsus in eo facta mutabili  
tate. Ipse etiam qui omnia ex nihilo creauit virginem

Hebrz. 4.

DE BON. DIVINA LIB. II. Fol. 120

fecundam, & suam matrem fecit. Hæc est ineffabilis  
diuina misericordia, se exinanivit ut nos replete, se  
humiliauit ut nos exaltaret, se perdidit in morte, ut  
nos saluaret. Idecirco beati angeli, veri nostri amato-  
res, hac nocte nato domino Iesu nostro salvatore,  
deum laudauerunt, & gratias egerunt. Dignum est  
igitur quod & nos sonora voce, & iubilo mentis, de  
uote deo laudes cantemus, & gratias pro tam immē-  
sis beneficijs reddamus. Res quippe nostra agitur.  
De spirituali generatione in multiplicatione fidelium  
post mortem Christi, capiamus hanc similitudinem.  
Quando semen est bonum, & terra impinguata &  
irrigata, & sol opportune desuper effundit calorem  
suum, tunc sequitur multiplicatio semenis. Domine  
Iesus est semen optimum, terra est cor humanum,  
impinguatio & irrigatio est a die pentecostes (post  
quam Iesus fuit glorificatus) uincio & effusio spiri-  
tus sancti, calor solis est charitas patris, qua vult os-  
mnes homines saluos fieri. Hinc sequuta est tanta fer-  
tilitas in multiplicatione fidelium. Fratres charissi-  
mi, nos sumus terra rationalis, in quam semen hoc  
æternæ salutis cecidit per fidem. Deus requirit nostrā  
bonam voluntatem, ut secundum motum uincionis  
& gratiæ suæ cooperemur eidem, quia ipse coopera-  
tur bonæ voluntati nostræ. Posuit enim nos ut ea-  
mus (volendo) & fructum afferamus (operando)  
sed non sine eo, sine quo nihil possumus facere.  
Ita domini Iesu generationem quo ad diuinitatem &  
humanitatem eius enarreremus per fidem, ut in gene-  
ratione, quoad multiplicationem fidelium, per chari-  
tatem & gratiam inueniamur.

¶ De filiatione adoptiua, & de hæredita-  
te dei, quam filij adoptiui conse-  
quentur. Exhortatio. XIII.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.



Edit eis potestatem filios dei fieri, his q  
credunt in nomine eius, Iohannis pri  
mo. Dedit nobis diuina dignatio pot  
estatem, ut ex filijs iræ & perditionis,  
efficiamur filij dilectōis & salutis: si ta

men receperimus eum credendo in no  
mine eius. Ergo arbitrio nostro commissum est. Ne  
mo enim credit inuitus, sed spontaneus, & diuino  
fretus auxilio. Sicut dicit beatus Iohannes Chrysos  
tostus: Etenim in potestate est liberi arbitrij, & gra  
tia operatione filios dei fieri. Qui enim dedit nobis  
potestatem filios dei fieri, idem etiam dicit: Sine me  
nihil potestis facere. Ergo potestas nobis concessa,  
suæ, id est, dantis, potestati innititur. Scendum etiā  
est, quod fides qua in eum credimus, est illa, qua per  
dilectionem operatur. Ergo non est sola, sed includit  
in se omnes animi virtutes, quia dilectio illa, qua a  
lio nomine charitas dicitur, radix est omnium virtu  
tum. Illi enim sunt rami eius. Præcepta dantur de a  
ctibus virtutum. Quicquid vero præcipirui, in so  
la radice charitatis solidatur. Propterea dicit Apost.

**Chrysost.**

**Iohan. x**

**Iohan. 25**

**1. Cor. 13**

Filiatio  
quid.  
Adoptio  
quid.

**Galat. 4**

**Ephesi. 2**

Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam  
charitatem autem non habuero, nihil sum. Si nihil,  
ergo nec filius dei est. Sed dicit aliquis: Quid est ista  
filiatio? aut quid prodest? Respondeo, quod est ado  
ptio, cui debetur secundum leges pars hæreditatis. Ad  
optio enim est legitimus actus, per quem qui filius  
non est, pro filio habetur, penè naturam imitans,  
ut dicitur in imperialibus Institutis. De hac adoptio  
ne, non lege humana, sed diuina, ex infinita miseri  
cordia sua facta, loquitur Apost. Paulus, dicens: Vbi  
venit plenitudo temporis, misit deus filium suum fa  
ctum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege  
erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperes  
mus. Et rursus: Qui prædestinavit nos in adoptionē  
filiorum per Iesum Christum. O stupenda dignatio,

DE BON. DIVINA. LIB. II. Fol. 122

o admiranda benevolentia dei. Seruus infidelis, seruus nequam, filius iræ & perditionis transit in filiu atq; hæredem saluationis. De qua bñuolentia ait Am brosius: Magna benevolentia, ynicus natus est, & no luit manere vnicus, nō timuit habere cohæredes, q; hæreditas eius non fit angusta si multi possederint. De qua filiatioe subdit Apostolus ad Galathas: Quo niam autem estis filii dei, misit deus spiritum filij sui in corda vestra clamantē, abba pater. Itaq; iam non est seruus, sed filius. Quod si filius, & hæres per de um, scilicet ipsum adoptantem. Vnde ab vnicu rali filio dei docti & moniti nos adoptui filii, audem⁹ deum patrem appellare, & hæreditatem expostulare ac dicere: Pater noster qui es in celis, sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum. Quæ est ista hæritas nostra, quæ etiam regnum nuncupatur? Certe illa est, quam beatus Paulus ad Hebræos scribens, commemorat dicens: Nonne sunt omnes ange li administratorij spiritus, in ministerium missi pro pter eos qui hæreditatem capiunt salutis? Salus ergo & vita animarum nostrarum est nostra hæritas. Pro cuius notitia habenda, est aduertendum, quod multiplex est vita. Vna vegetatiua, qua viuunt plantæ. Alia est sensitiva, quæ vtq; melior est vegetatiua. Et inter viuentium vita sensitiva, nobiliori vita vi uunt quæ habent omnes sensus, vt sunt animalia perfecta, quam ea qua deficiunt in sensibus, vt conchæ, ostreæ, vermiculi, & huiusmodi. Vita vero rationalis & intellectua qua viuit homo (quamvis etiam sensitivam & vegetatiuam habeat) incomparabiliter me lior est q; sensitiva vel vegetatiua sola. Vita vero pure intellectua præ sui subtilitate & vigorositate, nō indigens vita sensitiva, est vtq; nobilior vita qua viuit homo. Diuina vero vita superintellectualis incom mutabilis, est omnium nobilissima. Ad huius imaginē & similitudinem creauit nos deus, vt aliquando illius

Aroſi.

Galat. 4

Lucæ. 11

Hebr. 1

Vita mul tiplex.

Genesi. 1

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Felicissimè virgē participes essemus, intelligendo, amādo, fruendo, tenendo. Sed quia ad ea quā sunt notis sima secundum naturam, intellectus noster habet se sicut noctua ad lumen solis, ut dicit Philosophus. Si capere debemus excedentia naturam nostram, indigemus certe pro cognitione lumine fidei in via, & lumine gloriæ in patria. Auxilio etiam gratia indigemus ad sperandum & amandum imperfecte in via, & ad tenendum id quod sperauimus & ad amandum perfecte in gloria. Ergo per dei donū possumus particeps esse vitæ diuinæ, ut etiam testatur tota sacra scriptura. De qua saluator noster (qui per incarnationem, passionem, & mortē, hanc salutem nobis obtinuit) loquitur apud Iohānem: Pater clarifica filiu tuum, ut filius tuus clarificet te, sicut dedisti ei potestatem oīs carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis vitā æternam. Ecce filius clarificatus per miracula diuina & per gloriam resurrectionis à patre, & clarificans patrem (quia sua gloria prædicata, cessit in gloriam dei patris, qui per hoc modo innotuit, prius ignotus) accepit potestatē dandi nobis vitam æternam, q̄ subsequens diffiniuit dicens; Hęc est aut̄ vita æterna, ut cognoscant te solum deum vere. Ecce in quo consistit vita æterna, perpetua felicitas, & beatitudo sempiterna. Per hoc tñ quod dicit: cognoscant te solum verum deum, non exclusit seipsum filius. nec spiritum sanctum, sed inclusit, quia non potest aliquid dici de vna persona, quod non cōueniat singulis, dēpta proprietate personali, ut non generari neq; procedere, quod patri: generari à patre solo, qd filio: procedere ab utroq; quod spūsancto proprie conuenit: q̄ tres personæ sunt vñ individuū, indivisiibile, inseparabile, vnum esse, vna substantia, vnu spū. Quando em dicimus pater est deus, non significat qd sit alius deus q̄ filius & spūsanctus. Qn dicimus filius est deus, non significat quod sit alius deus q̄ sit pater & spū

Philosop.

Iohan. 17

Ibidem.

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol. 122

sanctus. Qđ dicimus, spūs sanctus est deus, non signifi-  
catur quod sit alius deus qđ sit pater & filius, sed est  
omnino vnū & idem qđ alia personæ. i. vnum & idē  
deus. Sic est etiam intelligendum quando dicimus,  
est dominus & omnipotēs, est aeternus, est increatus  
est immensus. Omnimoda enim incommutabilitas  
requirit hoc, qđ in vnico illo actu diuini intellectus  
subsistat vis, verbum & amor incommutabiliter, &  
non accidentaliter. Idecirco vita diuina est nobilissi-  
ma, nullam omnino admittens defectibilitatem. In  
huius diuinitatis claro aspectu, essentialiter consistit  
vita beata, quia in illo actu coniungitur beatus ul-  
timo & optimo bono, & perficitur intellectus prima  
& infallibili veritate, extra quam nihil restat quare  
re intelligendum, cum omnia sint in illa. Appetitus  
etiam intellectualis omnino satiatur optimo & insi-  
nito bono, in quo per amorem perfectissimū requies-  
cit. Ex cuius boni coniunctiōe gaudium & delecta-  
tio sequitur infinita. Quod autem dñs subiunxit: Et  
quem misisti Iesum Christum, voluit innescere,  
quod secundario in eius cognitione beata vita consi-  
stit, tanq; in causa huius aeternæ vitæ, vt scilicet bea-  
ti agnoscerent vnde eis tanta felicitas venit. Hęc est  
salus nostra, vt qui prius eramus natura filij iræ, &  
perditionis(iuxta illud Osee: Ex te perditio tua Istra  
el, tantummodo in me auxiliū tuum) nunc salui sumus  
ab ira per ipsum, scilicet Iesum Christum. Vnde eti-  
am scribit Apostol. Thessalonicensibus: Non posuit  
nos deus in iram, sed in acquisitionem salutis per do-  
minū nostrū Iesum Christum. Qui consuminatus est  
omnibus sibi obtemperantibus causa salutis aeternæ,  
vt Apost. scribit ad Hebreos. Aeternā dicit, qđ spei  
nostræ succedit in illa beatitudine tentio, qđ sancti  
semp tenebūt hāc salutē, nunq; amittent iterq; speran-  
dū. Hoc etiā innuit Isa. cū ait: Salus mea in sempiter-  
nū erit. De qđ salute dicit S. Petrus: Reportantes finē

Ephesi. 2

Osee. 13

Roman. 5

1. Thess. 5

Hebr. 5.

Isaiæ. 3

2. Petri. 1

D. PERI LEYDIS CARTHVS.

fidei vestræ, salutē animarū vestrarū, quia fidei suc  
cedet visio. Hæc salus est hæreditas nostra, vt supra  
dictū est. De qua Isaías ait: Dicit dominus, hæredita  
bunt eam electi mei. Et Psal. Nouit dominus dies im-  
maculatorum, & hæreditas eorum in æternum erit.  
Et iterum: Elegit nobis hæreditatem suam, id est, vi-  
tam æternam. Hanc hæreditatem conseruatam in cœ-  
lis, appellat beatus Petrus incorruptibilem, quia nun-  
quam deficiet: incontaminatam, quia nihil immundū  
recipit: immacessibilem, quia decorum suum nunqu  
minorabit. Idecirco aptissime dicitur hæc salus & hæc  
hæreditas regnum, in quo cum Christo electi regna-  
bunt in æternum. Vnde Apostolus monet dicens: Am-  
buletis digni deo, qui vocavit vos in suum regnum  
& gloriam. De quo regno in Daniele dicitur: Regnū  
eius non dissipabitur, & potestas eius usque in æternū  
Et iterum: Potestas eius potestas æterna, quæ nō au-  
feretur, & regnum eius quod nō corrumpetur. Et ibi-  
dem de electorum regno. Regnum autem & po-  
testas, & magnitudo regni, quæ est subter omne cœlum  
detur populo sanctorum altissimis, cuius regnum, re-  
gnum sempiternum est, quia omne quod includitur  
infra ambitum cœli ultimi, scilicet empyrei, dabatur  
sanctis, quia cedet totum ad gloriam eorum. Et lo-  
gatur Daniel non solum de terreno regno, sed etiam de  
coelesti. De excellentia gloriæ regni huius loquitur Isa-  
ias dicens: Oculus non vidit deus absque te, quæ præ-  
parasti expectantibus te. Quod dictum extendit beas-  
tus Paulus dicens: Oculus non vidit, nec auris audi-  
vit, nec in cor homis ascendit quæ preparauit deus his quod  
diligunt illū. Hæc est hæreditas seruorum dñi: quod sancti  
peracto iudicio, coelestem hæreditatem in corpore &  
anima possidebunt. Cum ergo sumus filii dei, & hæres-  
des tertiae felicitatis in cœlis, quod quoniam sumus obtainere quasi  
bonū nostrū in terris? Omnia enim quæcumque haberi  
possunt in terris, siue diuitiae sint siue honores siue

Isaiæ. 65

Psalms. 36

Psalms. 46

1. Pe. 1.

1. Thes. 2

Dani. 6.

Dani. 7.

Isai. 64.

1. Cor. 2.

DE BONI. DIVINA LIB.II. Fol. 123

carnis voluptates, æternæ felicitati comparata, miseriae sunt, non felicitas. Voluptates carnis spectant ad vitam animalium, non filiorum dei, nec valent omnia simul satiare nec quietare desiderium nostrum quo cupimus bonum. Hoc innuit Isaías dicendo: *Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate? quasi diceret. Quare ponitis studiū & laborem vestrum circa bona temporalia, transitoria & deceptoria, quæ non reficiunt nec satiat, sed potius famem & cupiditatē augent. Solus ipse deus (qui est infinitum bonū) vincit desiderium nostrum & replet, & quietat.* Igitur charissimi fratres quia quotidie compellimur exire de terra & recipere hæreditatē nostram paratā in cœlis, omni studio & infatigabili diligentia, præparemus nos, & capaces reddamus tantæ felicitatis. Hoc fiet, si odio habuerimus omne peccatum magnū & paruum, ita quod nec minus peccatum veniale volitari faciamus, si purgauerimus nos p veram pœnitentiam, si passiones nostras secundū regulam rectæ rationis texerimus, si veraciter in virtutibus profecerimus, si solum dominum deum nostrum dileixerimus, ipsius plenitatem in memoria semper attendentes, in intellectu per fidem de eo alta sentientes, considerando eius bonitatē, bñuolentiā, benignitatem & misericordiam in eum sperantes voluntati suæ sanctissimæ, nostam plenissime conformantes. Affectu ardentissimo atq; purissimo in ipsum aspirantes, ei soli placere cupientes, instantissime ut det quod ipse nobis solus placeat, & vnicet ametur exortantes & quod ipse solus sit gaudium nostrum, requies nostra, finis noster, amor noster præfigentes. Tales si extiterimus, vere capaces regni erimus, & securi ac læti per mortem ad illud ibimus, & in extremis laborantes, contra pœnas erit tolerantia, contra molesta patientia, contra superbiam humilitas, contra infidelitatem clara exercitata fides, contra

*Isai. 55,*

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

desperationem certa spes , contra omnia vitorum  
tentamenta perfecta charitas , quæ vincit omnia  
mala.

DEIESV C H R I S T I A P.  
paritione & trium regum magorum ado  
ratione. Titulus tertius.

¶ De magorum illuminatione , & aduen  
tu ad Christum , & quomodo nos  
quocq; eosdem imitemur.

Exhortatio I.



BI est , qui natus est rex Iudeorū  
Mat. secundo. Tres magi primiti  
vniuersarum gentium crediturāz  
typum gerentes , qui in Oriente  
Christum dominum in cordib<sup>9</sup> su  
is inuenerant , fide illuminati , spe  
confortati , & charitate accensi ho  
die venerunt festinanter longo & laborioso itinere  
quædere diligenter eundem dominum nostrum Ie  
sum Christum , & inuenerunt eum Hierosolymis in  
Scripturis sanctis , atq; deinde stella apparente & præ  
eunte , inuenerūt eum Bethlehem in gremio matris.  
Oblatis autem mysticis muneribus , admoniti per ali  
am viam redierunt in regionem suam , ibiq; inuenes  
runt eum in sinu patris. Imitatores sumus patr<sup>9</sup> nos  
strorum filij charissimi. Oriatur sol iustitiae Christus  
deus noster , nobis timentibus eum: qui vult omnes  
homines saluos fieri , & ad agnitionem sui nominis  
venire , qui illuminat omnem hominem , nec est qui  
se abscondat à calore charitatis eius , vt non fide &

1. Timo. 2  
Psalm. 18

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol.124

gratia charitatis eius illustretur, nisi qui obicem pos-  
suerit irradiationi eius per prauam voluntatem. Pax  
vero homini bonæ voluntatis, quia inuenit Christū  
qui est pax nostra. Bene autem dicitur, quod inuenit  
Christum, quia nisi inuentus haberi non potest. Est  
enī prima gratia gratū faciens, qua etiam appellatur  
gratia operans sine meritis, qua præueniente nos,  
cuncta nostra opera facit meritoria in augmentum  
& melioratiōē eiusdē gratiæ. Quod licet posset in-  
numeris argumētis cōfirmari, hoc vnicū nobis in p-  
sentiarum sufficiat: quia dignissimē & gratissimē nec  
non gloriōsissimē post Christum personā virgini  
Mariæ conceptuā de spiritu sancto dei filium ab an-  
gelo nunciavit: Inuenisti inquit, gratiam apud des-  
um. Non rapuit, sed inuenit' gratiam. Hæc humilis  
recognitione saepe actualiter & attente sit in cordibus  
nostris, ne quis inaniter glorietur in se, contempto  
interdum etiam proximo suo, sed omnino cæteros  
meliores se veraciter arbitretur: & si quid forte acce-  
perit, in liberalitate domini glorietur, qui resistit su-  
perbis, & humiliis dat gratiam. Inuento ergo  
C H R I S T O in cordibus nostris, electa habita-  
tione sua in nobis, eamus volendo & fructum affera-  
mus operando, ad quod posuit nos. Expugnemus  
insurgētes hostes, ut maneat nobiscum: quia factus  
est in pace locus eius. Qua freti, quasi Hierusalem  
(qua est visio pacis) inueniemus eum in scripturis.  
Tunc aperient oculi cæcorum, & aures surdorum  
patebunt. Tunc gustabimus suavitates psalmodia-  
rum & lectionum propheticarum, & omnium sancta-  
rum scripturarum, probabimus feruores oratio-  
num, subtilitates meditationum, excessus contem-  
plationum, baptismata lachrymarum: quia omnes  
scripturæ annunciatibunt & demonstrabunt nobis do-  
minum Iesum Christum, qui est dulcedo, gaudium  
& iubilatio interminabilis & incomprehensibilis.

Lucæ.2  
Ephesi.1

Lucæ.1

2.Cor.10  
Iacob. 4

Iohan.15  
Psalm.75

Isaiæ.35

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Roma.10 Finis enim legis Christus est. Et lex & prophetæ vñque ad Iohannem Baptistam. Exhinc regnum dei annunciatur, id est, Christus, attestantibus etiam aduersarijs sanctæ fidei Iudæis, Omnis scriptura est propter Messiam, id est, Christum. Quo dicente: Nō peribit iota vnum, aut apex vnum de ictiuptura, donec omnia impleantur, manifeste constat quod omnia etiam minima scripturæ Christum claimēt: Sed quod hanc vocem non percipimus, & in laudibus diuinis tepidi, pigri, somnolenti, negligentes & festinantes atq; distracti nimis sumus, ex eo venit, quia sumus adhuc carnales & animales, spiritum non habentes, adhuc sumus seculares, & delectamur in vanitatibus Idcirco imaginibus rerum pereuntium pleni sumus, & rapitur in diuersa mens nostra lacerata. Non enim festinato iter virtutum (licet laboriosum) percurrismus, & nostra tarditate & desidia hostes animantur & pacem internam præpediunt. Idcirco Hierusalem non venimus,, vbi Christus in scripturis inuenitur. Nemo enim cum desidia Christum querit, nec amicitiam potest tenere cum deo qui amicus carnis & mundi effectus est. Qui vero expugnatis hostibus dei pacem (cuius abundantiam in diebus suis orituram suis fidelibus & propugnatoribus dominus ante promisit ) adeptus fuerit, procul dubio inueniet pro illuminatione intellectus Christum dominum, cuius mediante prævia gratia, cum gaudio magno valde ducetur Bethlehem ad domum panis coelestis per refectionem affectus, vbi in altari quasi in præsepio inueniet Christum dominum, pānis inuolutum, sub aliena specie, & gustabit quam suavis est dominus, panis factus hominibus, & pabulum iumentis, quibus homo similis factus est. Et contemplando atq; stupendo mysterium incarnationis, quasi in gremio matris inueniet Christum. Cui dona offerat necesse est, ut eius amicitiam consequatur. Primo mortali, p

Ambrosi,

Psalm. 33

Psalm. 48

nobis facto, mortificationem offerat peccatoribꝫ. Propter  
 pterea enim, id est, propter peccata nostra tollenda,  
 factus est mortal is. Ergo hanc vicissitudinem ei redi-  
 damus. Secundo tanqꝫ regi nostro loco auri, imo  
 verum aurum spirituale, per quod profiteamur eum  
 regem nostrum fore, plenariā subiectionem in om̄e  
 eius beneplacitum offeramus. Alias quomodo reges-  
 mur ab eo nisi subiecti ei fuerimus? Et vere sic subi-  
 ci est regnare. Tertio thus offeramus, hoc est, verā  
 deuotionem per latrati vel religionem, quā alio no-  
 mine circūscriptiū dicitur, dei seruitus, ut vero deo.  
 Et tunc monitionem audiēmus, ne redeamus ad Hes-  
 rodem, licet in visione pacis, & vbi exercitium est  
 scripturarum commorantē, quia in pace & prosperis  
 Christus difficultius custoditur quam in aduersis: & e-  
 tiam scientia inflat. Qui igitur in affectu Christum  
 inuenerit, non reuertatur ad scientiam quasi p̄aeun-  
 tem, sed potius illa affectum sequatur, qui ambulat p̄  
 aliam viam, vbi Herodes, id est, hostis Christi non la-  
 titat, sed per secretas semitas deducit hominem ad  
 regionem suam, & reducit hominem ad statum pri-  
 stinum, quando sensualitas plene rationi suberat, &  
 ratio diuina voluntati. Congregat insuper om̄es sen-  
 sus exteriores & interiores, inferiores & superiores  
 in unitatem spiritus vel mentis, ita ut ad exteriora  
 teste beato Gregorio, quasi insensibiles videātur, sed  
 soli deo in mente cohærent, reddentes hominem nil  
 aliud memorantem, nil alind actualiter intelligentē  
 aut speculantem: nulli deniqꝫ rei per affectum fruibi-  
 liter adhærentem, nisi summo deo, optimo bono &  
 excellentissimo, soli fruibili hic in ænigmate, & in  
 patria facie ad faciem

t,Cor.8

Gregor.

**¶ Quomodo religiosi imitentur magos  
 sanctos, eademqꝫ ipsi facientes.**

**Exhortatio II.**

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.



T procidentes adorauerunt eum, & a  
pertis thesauris suis obtulerunt ei mu  
nera, aurū, thus & myrrhā, Matthæi 2.

Hodie videns felix puer pera virginea  
mater Maria circa suū superbenedictū  
filium prophetias adimpleri, ineffabili  
li repleta est gaudio. Sed & nos non immerito gau  
derimus qui nouimus in tribus viris istis gentilibus,  
qui ab Oriente venerūt adorare dominū, prophetiā  
devocatione Gentium ad fidem & religionem imple  
tam esse. Hoc tamen erat inchoatiue, & innuebatur  
per facta istorum trium quod vniuersitas Gentium  
(laborans inedia magna, non vini & panis, sed au  
diendi verbum dei) Christum audire quereret, & in  
uentum deuore & religiose coleret. Deo nos sems  
per gratias agamus charissimi, & cantemus gloriam  
in altissimis illi. Ecce videmus in nobisipsis impletū  
quod dominus deus noster præuidens certa scientia,  
& de nobis actualiter tunc temporis cogitans, per p  
phetas dignatus est prænunciare. In Oriente, hoc  
est, in ecclesia, quæ ab origine mundi solem iustitiae  
& veritatis, id est, Christum recepit, nos nouam  
stellam vidimus, dum fulgore singularis gratiæ illus  
minati, & interna diuina alloquitione acciti, ad que  
rendum salutem in Iudea, hoc est, in confessione di  
uinæ laudis admoniti sumus. Egressi igitur sicut A  
braham, de terra & cognatione nostra, in terram quā  
monstravit nobis stella gratiæ, ipsa præente, &  
salutari doctrina occurrente in terram confessionis,  
id est, ad sanctam religionem, vbi diuinæ laudes iu  
gi alacritate peraguntur, ad Bethlehem, hoc est, ad  
domum panis, id est, ad domum hanc, vbi dei famili  
i, inno amici, continua epulatione satiantur, perues  
timus. An non quotidie in mensa dominica epulas  
murus? An non continue mortificantes vitia, & virtu  
tibus studentes, cœlesti pane pascimur? Quod em ad

AMOS. 8.

LUC. 2.

GENESI. 12

sacrum altare accedens, accipit sacramentaliter, hoc idem bene viuens continue accipit spiritualiter. Ergo vere sumus in domo panis, & hic salutem inuenimus. Tamen cauendum est nobis, quia diabolus in Herode & suis complicibus fremit. Qui & si nostræ salutis iter impedi & non potuit, tamen Iesum qui est tota salus nostra, etiam inuentum in nobis occidere fraudulenter conatur. Sed gaudemus gaudio magno valde: quoniam gratia domini Iesu quæ præuenit nos, & ad eum nos perduxit, ipsa etiam sequetur nos & reduceat, ut illatus in Herode diabolus, nil in nos audeat. Non solù autem in his prophetia impleta est in nobis, sicut prædicti, quod eriam ultra communem illuminationem & vocationem gentium, excelsiori gratia illustrati Christum quæsuiimus & inuenimus, sed insuper adeo usque prophetaram circa Christum futuram gentium religionem & cultum impleuimus & implemus, ut etiam per quendam eminentiam religiosi appellemur & simus. Religio enim est pars iustitiae moralis virtutis, reddens deo debitus & quod suum est, scilicet cultum & reverentiam, per fidem, spem & charitatem, cum aliud non habemus, vtens omnibus virtutibus ad honorem dei. Hanc virtutem eligimus & reeligimus quotidie, meditantes quamlibet cultum & reverentiam deo nostro & Christo domino Iesu exhibeamus, & ad eam totam vitam nostram præ ceteris dedicauimus & religauimus. Idcirco merito præ alijs ex gentibus Christum inuenientibus & coalentibus, religio si vocamur, & prophetiam implemus. Breuitas huius nostræ collationis non finit, ut per singula prophetias recensileamus, Quod autem haec ita se habeant & q[uod] vere haec virtus religio (quæ alio no[n] græco dicitur latraria, & circumscriptiæ dicitur dei seruitus) exercitata sit, & exerceatur a nobis (si tamen sumus q[uod] dicimus, & professi sumus) breuiter patet, Sunt

Religio  
quid?

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

enim inter actus religionis (vt cæteros omittamus)  
Actus reli- tres actus eius præcipui, scilicet deuotio, adoratio, &  
giis tres. oblatio, de quibus euangelium ho[me]num. Ecce magi ab oriente venerunt, vbi notatur deuotio, & frus-  
tus & signum deuotionis cum dicitur: Gauis sunt gaudio magno valde. Deinde subiunguntur duo alii  
actus. Primus cum dicitur: Procedentes adorauerunt eum. Secundus cum dicitur: Apertis thesauris suis,  
obtulerunt ei munera. Imitati sumus patres, & hæc impendimus Christo. Deuotio enim iuxta sanctum

Deuotio.

Adoratio.

Oblatio.

Bernard.

Thomam, nihil aliud esse videtur, quam voluntas quædam prompte tradendi se ad ea quæ pertinent ad dei famulatum. Adoratio vero est exhibitio reuerentiæ, in signum excellentiæ. Quæ dum deo exhibemus, protestamur exteriori signo quod deo credimus, speramus atq[ue] diligimus, scilicet, q[ue] ipse solus author sit omnis naturæ, gratiæ & gloriæ, & solus habens generalem omnium dominationem, &q[ue] prestantior sit vniuersis. Ad hoc admonemur, dum dicit Sursum corda, non q[ue] in cœlum curramus, sed ad eum mentem dirigamus, qui in corde nostro est, & supereminet vniuersis. Ecce charissimi, experientia vos docet, quod hos actus religionis veniendo & perseverando domino Iesu impenditis. Tertium excels lenter factum est, Obtulimus enim munera pretiosa valde. Primum aurum, id est, secundum Bernardum substantiam huius mundi per voluntariam paupertatem. Secundo thus, id est, obedientiam, & per eam totam animam in obsequium Christi sicut holocaustum, & plenum incensum in odorem suauissimum domino. Tertio castitatem. Hucusq[ue] impleuimus prophetiam & imitati sumus beatos magos, vt grati effi ceremur deo: vt autem beati efficiamur cū eis, omittamus quod ipsi omiserunt. Omiserunt enim ad se rapere, quæ puer Iesu obtulerant. Et nos charissim nullo malo rapiamus iterum ad nos quæ deo dedica

## DE BON. DIVINA LIB.II. Fol. 127

nimus, sed quotidie oblationem iteremus. Hoc enim  
 valemus agere sicut Christus, licet semel pro nobis  
 mortuus sit: tamen in mysterio pro nobis iterum quotidie patitur, quoties ei hostiam suæ passionis immolamus. Eodem modo valemus sibi munera semel oblata quotidie iterum offerre. Et hoc ita fieri, si thesauros cordis nostri aperiamus. Sicut enim diues habet diversos thesauros, scilicet pecunia, frumenti, vini, &c. sic cor virtuosum habet multos thesauros. Ad propositum, aurum (id est, substantiam huius mundi) quod offerimus, sumi debet ex thesauro largitatis & magnificentiae, ut demus quando, ubi, & cui magna dona, merito debentur. Et quia in religione tempore metendi pro perituris vitam eternam, deo munera obtulimus, merito omnia simul quam habuimus, & habere potuimus, sine repetitione obtulimus. Non ergo patiamur nos decipi vello modo, ut sub praetextu cuiuscunq; commoditatis aliquid prius habeamus, siue hoc sine damno domus sit, siue quocunq; colore nominetur: quia anathema est. Obedientia, quam obtulimus, sumi debet ex thesauro humilitatis. Impossibile est enim superbume esse vestre obedientem, qui proprium sensum diligit & tueri, aliorum & maxime seniorum & expertorum consilia despicit, sibi magnus, utilis, necessarius & sapiens videtur, inflatus sensu carnis suæ, & superbus, nihil sciens, licet sibi sapientior videatur septem viris profertibus sententias. Sed ex vero humili corde prodit obedientia, & auditur vitorum victoria, iuxta sententiā Salomonis: Vir obediens loquitur victoriā. Fg. 22.  
 Humilis enim non negat obedientiam, sed solus superbus. Thesaurus castitatis est sobrietas, iuxta sententiā authoris Profectus religiosorū qui ait: Pragmata regula ab oībus spiritualib; hacten⁹ observatū est, ut q; castus esse desiderat studeat sobrietati, q; fine ea non diu castitas est secura & cum proficiente

Gregoris  
us.

Colo. 2.  
1. Ti. 6.

D. PERI LEYDIS CARTHVS.

Hierony.  
proficit, & cū deficiente decrescit, licet modo quidem  
sibimet aliud (nescio qua præsumptione) promittant  
Omnis laus in fine canitur. Nec credo tot & tantos  
virtutum inquisitores, qui prædictam sequuti sunt re-  
gulam, in sua æstimatione deceptos. Et Hieronymus:  
Vicina membra sunt stomachus & pudenda. Venter  
mero æstuans, cito spumat in libidinem. Econuerso  
ventris exinanitio humorem luxuriæ arefacit, & ca-  
stitatem producit & conseruat. Nemo tamen præ-  
sumat abstinentiæ per excessum studium præbere,  
ne studium stultum producat in supino, & castitas ne-  
dum non producatur, sed etiam violetur. Et ne ita ca-  
stitati quis studeat, ut cætera religionis necessaria, &  
summe meritoria opera omittat, vt sunt opera ad  
omnem obedientiam, vigiliæ, lectiones, orationes,  
cantus, psalmodia, & alia innumera. Castitas est ser-  
uanda, sed hæc non sunt omittenda. Fideliter igitur  
domino Iesu quæ obtulimus, sua munera pleno cor-  
de relinquentes, ipse illuminabit nos, & ducet per ali-  
am viam, non per laboriosum iter suæ quæsitionis,  
sed per iucundam sui vultus contemplationem, in re-  
gionem nostram, ad quam nos condidit, id est, curia  
am cœlestiem.

**F**idem clarissimam stellam esse qua  
securi ad Christum ducimur.

Exhortatio III.



Tella quam viderant in Oriente, an-  
tecedebat eos. Matthœi secundo. No-  
stis charissimi præsentem solennita-  
tem illuminatissimam & gaudiosissi-  
mam, cum omni gratiarum actione  
esse excipiendam, & dignis deo lau-  
dibus explendam. Ex hac enim die, nos qui ex genti-  
bus sumus peccatores, incepimus cognoscere unum

DE BONI. DIVINA LIB.II. Fol. 128

Solum deum verum, primam veritatem, & quem mis-  
sit Iesum Christum salvatorem nostrum, & inchoa-  
tum mundari ab erroribus & immunditijs peccato-  
rum, per fidem purificantem corda nostra, & illustra-  
tem sedentes in tenebris, scilicet ignorantia, & in  
umbra mortis, id est, culpa mortali, & deducente er-  
rantes in solitudine, in laquo & in inuio, id est, in  
erroribus gentilitatis, in terram rectam, scilicet viue-  
tium in gratia, ut eamus in ciuitatem habitationis  
non manufactam in celis. Ecce hodie stellam viden-  
tes & sequentes gentiles ad Christum venerunt, fos-  
ris stella illuxit & duxit. Intus vero fides illuminas-  
uit, & ad salutem perduxit. Quod ergo foris ostensio  
debatur, intus agebatur. Splendeat haec stella (fidem  
dico) in cordibus nostris, ut videre valeamus quor-  
um ad salutem eamus. Ipsa enim fides est prima os-  
enium virtutum ad deum perueniendi, ut concludit  
beatus Thomas. Voluntas non fertur in aliquid, ni-  
si prout est in intellectu apprehensum. Vnde cum vi-  
timus finis, id est deus, sit quidem in voluntate per  
spem & charitatem, in intellectu autem per fidem, ne  
esse est quod fides sit prima inter omnes virtutes,  
quia naturalis cognitio non potest attingere ad deum  
secundum quod est obiectum beatitudinis. Propte-  
re beatus Paulus diffinit ipsam fidem, quod est sub-  
stantia rerum sperandarum, id est, inchoatio. Vnde Hebræ. 11  
dicit idem sanctus doctor: Substantia solet dici pri-  
ma inchoatio cuiuslibet rei, & maxime quando tota  
res sequens continetur virtute in primo principio,  
sic est de fide. Ergo fides est primum lumen ad salutem  
Sine fide enim impossibile est placere deo. Credere Hebræ. 11  
autem oportet accedentem ad deum, quia est, & in-  
quirentibus se remunerator sit, vt ait idem Aposto-  
lus. Naturalis ratio dicitur homini, q; alicui superiori  
subdat, propter defecus q; in seipso sentit, in qui-  
bus eget adiuuari & dirigi, q apud hoies dicitur de-

Iohan. 17

Actu. 15.

Psalm. 43

Thom. 1.  
2.q.4.ar.7

Fides.

Hebræ. 11

Q 2

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Nos ergo charissimi sentientes defectus nostros, pro iuuamine accedamus ad deum, & subdamus nos ipsi  
Quia ad beatitudinem quæ consistit in quadam supernaturali dei visione, per quam totaliter liberabis  
mūr ab omnibus defectibus nostris, peruenire non  
possimus, nisi per modum addiscētis à deo docto-  
re, secundum illud Iohannis: Omnis qui audit à pa-  
tre & didicit, venit ad me. Omnis autem talis ada-  
discens, oportet quod credat, sicut etiam Philosophus  
dicit: Oportet addiscētem credere. Hæc doctrina pa-  
tris cœlestis admirabilis, stella est, in clara die luces  
& diem suo lumine vincens. Dies nostra, id est, intel-  
lectus, ratio vel scientia, non in tantum certitudinas  
liter lucet, id est, cognoscere facit, sicut stella fidei,  
quæ innititur primæ infallibili veritati, quæ etiā nis-  
hil recipit, nisi in quantum stat sub eadem prima ves-  
titate, sub qua nullum falsum stare potest. Nullæ ers-  
go sunt tenebrae falsitatis vel erroris sub luce stellæ  
domini, scilicet fidei. Dies vero intelligentiae nostræ  
sepiissime obsfuscatur erroribus. Hoc tamen mirabile  
est de fide domini, quod lucet, cum tamen sit deuotio  
apparentibus, dicente Apostolo: Est autem fides spes  
randarum substâtia rerum argumētū nō apparētū, id est,  
firma, incontacta adhæsio de rebus non visis futuræ  
beatitudinis, quā speremus. Sed tamen ille qui credit  
habet sufficiens inductiū ad credēdū. Inducitur em̄  
authoritate diuinæ doctrinæ miraculis cōfirmatæ, &  
quod plus est, interiori instinctu dei inuitâris. Ea em̄  
quæ sunt fidei, excellunt rationem humanam, vnde non  
cadunt in contéplatione hominis, nisi deo reuelante.  
Ecce vnde est lumen fidei, à deo scilicet. Cum  
em̄ homo assentiendo his quæ sunt fidei, eleuet supra  
naturâ suâ, oportet q̄ hoc insit ei ex supnaturali prin-  
cipio interius mouere, q̄ deus est. Ipsum aut̄ credere  
est actus intellectus assentientis veritati diuinæ, ex im-  
perio voluntatis à deo motæ q̄ gratiâ, vñ act⁹ fidei po-

Iohan. e.  
Philoso-  
phus.

Hebræ, 11

Credere  
quid sit.

## DE BONI. DIVINA LIB.II. Fol.119

test esse meritorius. Hinc est qđ solemnitatē hanc dis-  
 xi illuminatissimā, sc̄ propter fidē: & gaudiosissimā,  
 propter motum voluntatis à deo. Rogemus ergo fra-  
 tres, qđ splendescere faciat deus hanc itellam, sc̄ fidē  
 in cordibus nostris, ab eo enim est donum fidei. Sicut  
 enim stella quæ magis lucebat, & eos antecedebat in  
 Oriente visa fuit: sic fides videtur & recipitur ab eo,  
 quem propheta Zacharias demonstrat dicens: Ecce Zachae.  
 vir, oriens nomen eius. Et ad quem ecclesia clamat.  
 O oriens, splendor lucis æternæ, & sol iustitiae, veni  
 & illumina sedentes in tenebris & vmbra mortis. Do-  
 ctrinæ vero hominm non demonstrant, nec indu-  
 eunt fidem, sed viam præparant, & prohibetia remo-  
 uent, dum non esse impossibilia ea quæ fidei sunt de-  
 monstrant, & homines humilitate, & cætera apta ad  
 fidem instruant. Homo vero fidelis iam illuminatus  
 meritum fidei nō minuit, si ex feruore fidei, id est, ex  
 charitate & deuotione defensoria fidei querit & in-  
 uenit, dum tamen non propterea credit. Qui enim  
 non vult credere, nisi propter rationes, meritum vti  
 qđ fidei amittit. Sicut etiā qui opera virtutū facit ex  
 passione, meritū minuit. Si vero passio comitatur eū  
 in opere virtutis, fortificat. Si sequatur feruore ostē-  
 dit. Intueamur charissimi fratres hæc stellam fidei, ga-  
 in ea quæcunq; audiuit Christus à patre suo (necessa  
 ria nobis ad salutem) nota fecit nobis. Per hanc salutis Hebræ.ii  
 facti sunt omnes sancti, nemine excepto. Etiam Mar-  
 ria virgo mater dei beata dicitur propter fidem in Luc.y.  
 euangelio. Et etiam Augustinus ait in libro de virgi Augustis  
 nitate: Beator fuit Maria percipiendo fidem Christi nus.  
 quām concipiendo carnem Christi. Materna pro-  
 pinquitas nihil profuisset Mariæ, nisi felicius Chri-  
 stum corde quām carne gestasset. Stella hæc per-  
 ducer nos ad Christum pugnatorem, triumphato-  
 rem, adiutorem, & remuneratorem. Pugnator Ie-  
 sus hostem humani generis aggressus est humiliis,

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

**Leo papa** iacens in præsepio sub cura materna, sicut hodie os  
stensus est magis, qui viderunt utique magnum de hu-  
militate eius miraculum, ut ait Leo papa. Idcirco is-  
dem ait: Tota victoria saluatoris, quæ & diabolum  
superauit & mundum, humilitate est concepta, humili-  
tate est confecta. Quam fratres imitemur ut super-  
**Iohan. 22.** remus. Triumphator Iesus apparuit victoriosus, si-  
**Iohan. 16.** cut manifestauit se discipulis, ostendens manus &  
latus. Quasi diceret illud Ioahannis: Confidite ego  
vici mundum, scilicet per opus fortitudinis ex vul-  
neribus manuum: & per virtutem charitatis, ex vul-  
**Adu. 7.** nere lateris. Adiutor Iesus apparuit sancto Stephano  
**x. Cori. 10.** fortissimus, quando eum vidit stantem à dextris  
virtutis dei, tanquam paratum ad diuizandum. Sic  
**Bernard.** nobis est Christus, iuxta illud A postoli: Fidelis deus  
qđ nō permittit vos temerari supra id qđ potestis, sed fa-  
cier cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere  
**Gene. 15.** Bernar: Quoties temptationibus resistis, quoties vincis  
**Augusti-  
nus.** malignū, noli p̄p̄ris tribuere viribus, noli in te, sed  
magis in domino gloriari. Quando em̄ fortis ille ar-  
**Bernard.** matus tuæ cederet infirmat⁹. Remunerator appa-  
ravit liberalissimus Abrahæ: Noli inquit, timere ego, p-  
tektor tuus sum, & merces tua magna nimis. Augus-  
tinus: Labor te terret, vide mercedem. Bernardus:  
Vtrumque mihi es domine Iesu, & speculum patiens-  
di, & præmium patienti. O fratres, quid ostendit  
stella fidei? Hæc pauca sunt respectu aliorum. Ecce  
existentibus iam fidelibus, imo tendentibus ad  
perfectionem loquor, si credimus, (imo quia credi-  
mus) quod deus creauit nos & omnia (quod est uti  
que maximum beneficium) & conseruat nos in esse, &  
nutrit nos quotidie & cætera, & quod est ubique &  
semper præsens, & intuetur omnia nostra opera, ver-  
ba, cogitata & cætera, ut posset nobis dicere illud  
**Malach. 1.** Malachiæ prophetæ: Si ego pater ubi honor meus?  
Si dominus, ubi timor meus? Si inquam crea-

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol. 130

dimus quod ipse est redēptor nōster per incarnationem, passionem & mortem & cetera, ut merito dicere posset, vbi est fructus tantorum laborum, & re amatio, & imitatio? Si (vt finaliter inferam) credimus infernum, & ignem aeternum, cum alijs intolle rabilibus tormentis peccatoribus paratum, iustis vero regnum celorum, & omnia bona excedentia intellectum & affectum nostrū, cur inuenimur tantopera tepidi in profectu diuini amoris, & spirituali vita, intantum vt iam timere habeamus illud Apocalypsa. 3. p̄is : quia tepidus es, incipiā te euomere de ore meo cum tamē teneamur secundum professionem nostrā semper tendere ad perfectionem? Prudens mercator non vadit per iter vbi putat se deprēdandum, nec stolidum animal asinus vult ire vbi semel cecidit. Et tamen ego & mei similes peccatores quotidie imus per iter peccatorū, in quo saepe cecidimus raptori infernali, quasi nō crederemus deū praesente, & alia que iam tetigī, malorū bonorumq; iustum retributionem : q̄ si viua fide videremus, vt q̄ peccare timeremus . Dicit enim Bernardus: Quid est quod non optamus etiam per medios enses (si oporteat) tantā miseriā declinare, & ad tantā accelerare gloriā, nisi quod mortua est fides nostra? Fratres vt filii lucis, studeamus prudenter esse filii huius seculi, gratias omni loco & tempore deo agamus cum omni reverentia, & incarnationi & passioni Christi. Declinemus a malo, & faciamus bona.

**C** De humilitate Christi & Magorum,  
de gradibus item cū superbia tum  
humilitatis. Exhortatio. III.

**E**T intrantes domum, inuenerunt puerum. Luke 2. Ex his verbis humilitatis exemplū & cōmonitionē accipere debem⁹ tā ex pte ipsi⁹ pueri, q̄ et atrium magorū & regū adoratorū pueri Iesu.

Bernard.

Luc. 6.  
Psalms. 33.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

O quanta humiliatio fuit, quod rex gloriae, coram tribus regibus, primitis Gentium, ad sui cognitionem & cultum vocandarum in puerili aetate & forma appearere dignatus est. Quis hoc digne excogitare potest? De hoc humilitatis exemplo dicit Leo papa, quod non inuenierunt dominum Iesum mortuos iuscatantem, vel aliqua miracula facientem: sed puerum filium, quietum, & sub materna sollicitudine constitutum. In quo, inquit, nullum apparet de potestate sicutum, sed magnum praebetur de humilitate miraculum, id est, exemplum stupendum atque magnificum. De exemplo humilitatis Magorum, habetur in textu euangelij, cum dicitur: Procidentes, adorauerunt eum. O vere signum humilitatis, sine qua nullus vere adorat in carne verbum. Vere admirabilis eorum humilitas fuit, quod ipsi reges & magnates consenserunt suscipere puerum in dominum, in regem, in deum. Per humilitatem enim illuminati fuerunt, ut eum natum crederent. Per humilitatem relictis sedibus suis, primi ipsum quæsivierunt & inuenierunt. Per humilitatem post multa tempora fidem totalem receperunt, & cœlestia regna intrauerunt. Nisi enim præ ceteris Gentibus humiles fuissent, deus (qui superbis resistit & humiliis dat gratiam) nunquam ipsis tam gratiæ in primitis Gentium concessisset. Cum ergo charissimi fratres (ut verbis sancti Leonis utræ) tota christiana sapientia disciplina, non in abundâlia verbi, non in astutia disputandi, nec in appetitu laudis & gloriae, sed in vera & in voluntaria humilitate constat, quam dominus Iesus Christus ab utero matris, usque ad supplicium crucis pro omni fortitudine & elegit, & docuit: tota diligentia, toto conatu, tota vigilancia hanc virtutem (humilitatem dico) nostris in seri mentibus instemus, & a domino impetremus. Hæc enim humilitas ceterarum virtutum & fundamentum est & custos: per quas scilicet virtutes or-

Iacob. 4

DE BONI. DIVINA LIB.II. Fol. 132

natur, & accessum ad deum habemus: quia sine vir-  
tutibus impossibile est placere deo. Humilitas idcirco  
fundamentum est, hoc est, prima virtus, quia scilicet  
repellit superbiam: cui deus resistit, & praebet homi  
nem subditum & supra patulum ad suscipiendum in  
fluxum diuinæ gratiæ, quæ nutrix & vita virtutum  
est. Custos vero virtutum appellatur: quia scilicet de-  
fendit, ne eas ventus elationis tollat. Necessaria au-  
tem est, quia cum ad magna quædam & ardua crea-  
tus est homo, pura, quia est dominus visibilium crea-  
turarum, & intellectuum, & moralium virtutum,  
nec non & gratiæ & amicitiæ dei, gloriæ quoq; semi-  
piternæ capax, ne in hæc præclara & maxima immo-  
derate tenderet, animi virtute indigebat, quæ ipsum  
refrenaret ac moderaretur. Est autem humilitas pro-  
funda cordis in conspectu diuinæ maiestatis inclina-  
tio. Consistit ergo hæc virtus in eo, q; propter reuerentia-  
m deo debitam, perfecte nos deo subdamus. Sed  
quia non solum debemus deum reuereri in seipso,  
sed etiam id quod est eius, debemus reuereri in quoli-  
bet (non tñ eo modo reuerentia quo reueremur deū)  
ideo per humilitatem debemus nos subiçere etiam  
omnibus proximis propter deum, iuxta illud Petri  
Apostoli: Subditi estote omni humanæ creaturæ  
propter deum. Ut autem homo aduertere posset se  
hanc virtutem in intimis possidere, beatus Benedic-  
tus in regula sua duodecim signa, quæ gradus appel-  
lat, ponit, in quibus homo veraciter suam humilita-  
tem perpendat. Primum signum est, si corde & cor-  
pore semper humilitatem ostendat, defixis in terra  
aspectibus. Humilis enim timens & verecundus, oculi  
los deprimit, quasi non audens se alijs comparare.  
Econtrario, exhortentia oculorum est quoddam si-  
gnum superbie, in quantum excludit reuerentiam &  
timorem. Quapropter sanctus Bernardus assignat Signa 12  
contra 12, signa & gradus humilitatis, 12 gradus su: superbie.

Humilitas  
quid.

1. Petri. 2

Benedictus

Signa 12  
humilita-  
tis.

Signa 12

superbie.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

p̄erbicæ. Et est primus gradus curiositas, cū oculis cæterisq; sensibus euagatur in ea quæ ad se non pertinet. Secundum signum humilitatis est, vt pauca verba & rationabilia loquatur aliquis, non clamosa voce. Contra hoc est secundus gradus superbiæ, scilicet levitas mentis, quæ per verba indiscrete prolatæ lœta & tristia notatur. Tertium signum humilitatis est, vt quis non sit facilis aut promptus in risum. Contra hoc est tertius gradus superbiæ, scilicet, inespita lætitia, quæ per facilitatē risus denotatur. Quia vt dicit idem Benedictus ibidem, proprium est superborum lœta semper appetere, & tristia deuitare, ius

**Ecclesi. 7.** xta illud: Cor stultorum, vbi est lætitia. Quartum signum humilitatis est, vt quis taceat donec interrogetur. Contra hoc est quartus gradus superbiæ, scilicet iactantia, quæ in multiloquio diffunditur. Quintum signum humilitatis est, vt quis teneat quod habet communis monasterij regula. Contra hoc est quintus gradus superbiæ, scilicet singularitas, priuata affectare cum gloria. Sextum signum humilitatis est, vt quis credat & pronuntiet se omnibus viliori. Istud sit sine falsitate qđ credit & pronuntiat se omnibus viliorē secundum defectus occultos, quos in se recognoscit, & dona dei quæ in alijs latent, vel saltem latere arbitratur. Vnde Augustinus dicit in libro de virginitate. Existimate aliquos in occulto superbiores, quibus estis in manifesto meliores. Et super illud Apostoli ad Philippenses: In humilitate superbiores sibi inuicem arbitrantes, dicit Glossa: Non hoc ita debemus æstimare, vt nos æstimare fingamus, sed vere æstimemus posse esse aliquid occultū in alio quo nobis superior sit, etiam si bonum nostrum quo illo videmur superbiores esse, non sit in occulto. Ad hunc gradum vel signum humilitatis spectat quod Anselmus dicit: Primo scilicet, quod quis se contemnitibilem esse cognoscat. Secundo qđ de hoc doleat, qđ

August.

philip. 2

Ansel.

DE BON. DIVINA LIB.II. FOL.132

nulli debet suus defectus placere. Tertio, q̄ se contē  
priblem confiteatur. Quarto, q̄ hoc suadeat, vt scilicet  
hoc velit credi ab alijs. Huic signo vel gradui op  
ponitur sextus gradus superbiæ, quæ est arrogantia  
sc̄s credere se omnibus sanctiorem. Septimus signum  
humilitatis est, quod quis credit & confiteatur se ad  
oia.indignum & inutilem. Absq; falsitate em̄ potest  
quis confiteri & credere ad omnia se inutilem esse &  
indignum per proprias vires, vt sufficientiam suam  
totam in deum referat, iuxta illud Apostoli: Non  
quod sufficiens sumus aliquid cogitare à nobis, qua  
si ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est: imo do  
na dei debent hominem humiliorem efficere. Debet  
enim cogitare, si aliud talia à deo percepisset, diligens  
tior & gravior eo esset. Et sic veraciter potest se crede  
re & dicere inutilem & indignum, iuxta illud:  
Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dici  
te, serui inutiles sumus, &cæter. Verum est igitur  
illud E C C L E S I A S T I C I : Quanto ma  
gnus es, humilia te in omnibus. Imo dona dei humili  
sis verus abscondit, nisi gloria dei & salus proximi  
aliud requirant. Contra hoc signum est septimus gra  
dus superbiæ, scilicet præsumptio, & ad omnia se in  
gerere. Octauum signum humilitatis est confessio  
peccatorum, id est, fassio. Contra hoc est octauus  
gradus superbiæ, scilicet defensio peccatorum. Pri  
mi parentes nostri excusauerunt peccatum suum.  
Sic faciunt & plures filii Adam. Nonum signum  
humilitatis est, vt quis pro obedientia in duris & a  
spersis patientiam amplexetur. Huic signo vel gra  
dui conuenit quod Anselmus dicit, Primo sc̄s q̄ hu  
milis patienter sustinet, q̄ ab alijs dicat esse contem  
ptibilis. Secundo, q̄ patif contépribiliter se tractari. Ter  
tio, q̄ amat. i. desideranter sustinet. Quia dicit Greg.  
in Reg. Nō grāde est his nos esse humiles à q̄bus ho  
noramur, q̄ & hoc seculares glibet faciunt: sed illis

2.Cor. 3

Lucæ.17

Eccle.3

Genes. 3

Anselmus.

Gregor.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

maxime humiles esse debemus a quibus aliquid pati  
mur. Huic signo contrariatur nonus gradus superbiz  
scilicet simulata confessio, id est, fassio, quæ per dura  
& aspera probatur. Decimum signum humilitatis est  
ut quis cum obedientia se subdat maiori. Vnde habe  
tur extra de Renun.ca. Nisi cum pridem. Tunc vero  
humilitatem custodis, cum per eam locum sublimem  
effugies, & tamen per obedientiam non dimittes.  
Nam vera humilitas facit, ut quisquis magis alijs de  
se credat, quam sibi ipsi, quia dicit Gregorius: Si se me  
liorem alijs non crederet, nequaquam aliorum consi  
lia suæ deliberationi postponeret. In omni dubio po  
tius debet quis alijs credere, quam suæ opinioni, præ  
cipue proprio prælato: quia tunc est excusatus apud  
deum, vt venerabilis Gerson pulchre declarat. Huic  
signo contrariatur decimus gradus superbiz, scilicet  
rebellio in magistrum, & fratres. Vnde decimum signum  
humilitatis est, q; non delectet propriam implere vo  
luntatem. Clymachus: Humilis, ait, semper abominat  
ur voluntatem suam, velut deceptricem & errantem.  
Et quamvis omnia faciat & cogitet secundum deum,  
adhuc tamen non sequitur voluntatem suam, nec cre  
det sensui suo. Humili enim est grauis stimulus figere  
se super voluntatem suam, sicut superbo est stimulus  
& intollerabile onus subesse voluntati alienæ. Hæc  
Clymachus. Contra hoc est vnde decimus gradus su  
perbiziæ, scilicet libertas peccandi. Quia propria volu  
tas est causa omnis peccati & perditionis. Eapropter  
dicit Bernardus. Tolle propriam voluntatem, & in  
fernus nō erit. Duodecimum signum humilitatis est,  
vt deum timeat, & memor sit omnium quæ precepit.  
Huic contrariatur 12. gradus superbiz, scilicet confu  
tudo peccandi. Quia iuxta dictum sapientis: Cum  
impius venerit in profundum peccatorum, contem  
nit. Hæc de virtute humilitatis charissimi fratres co  
monere succinctum volui, ut videre possemus par

Gregor.

Gerson.

Clymach.

Bernard.

Prouer. 18

ter & ego & vos, quantum adhuc ab eadem virtute  
& cæteris distamus, & in tanta solennitate in qua deus  
noster pro nobis humilis apparere dignatus est, me  
tes nostræ ad humilitatem euigilarèt cum tribus mas  
gis: quia si hoc fecerimus, & humilitatis Christi par  
ticipes effecti fuerimus, utique cum ipsis gloriae & exal  
tationis pueri Iesu consortes erimus.

**Cuiusmodi Christo & instrumentis  
passionis eius debeatur adoratio, cu  
iusmodi creaturis. Exhortatio V.**



Enimus adorare eum. Matthæi secunda  
do. Ecce charissimi quod prophetia pro  
misit, euangelium exhibuit. Cantat enim  
propheta David: Omnes gentes quascunq[ue]  
fecisti, venient & adorabunt cor  
ram te domine. Euangelium dicit Mas  
gos dixisse: Venimus adorare eum. Eum scilicet, qui  
fecit & creavit omnes gentes. Hic est solus deus, &  
rex potens cœli. Hoc in munere testantur, offerendo  
ei thus tanquam deo vero, & aurum tanquam regi.  
Sed vnde hoc cognoverunt? aut quid in puero talis  
adoratiōis honore dignum viderunt? Chrysostom⁹  
in Homilia: Nunquid viderunt palatum marmoris  
bus splendidum? Nunquid matrem eius diadematate  
coronatam, aut in lecto aureo recumbentem? Nun  
quid puerum auro inuolutum? Nūquid regiā diuersis  
populis personantem? Non: Sed quid? Pandochi  
um utique tenebrosum & sordidum, & magis anima  
libus quam hominibus aptum. Matrem eius vix tu  
nicam vnam habentem, non ad ornatum corporis,  
sed ad tegumentum proficiētem, & qualem habere  
poterat carpentarij vxor peregre constituta. Viderit  
& puerum pannis sordidissimis inuolutū, in p̄sepio  
sordidiori positum. Si terrenum ergo regem querēs,

Psalms. 85

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

tes venissent, magis confundendi erant quam gauis-  
suri. Nunc autem, quia cœlestem quærebant, & si nil  
regale videbant in eo, solius tamen stellæ testimonio  
contenti erant. Oculi eorum contemptibilem aspice-  
re non poterant: quia spiritus in corde eorum eum  
terribilem demonstrabat. Putasne adorasent infan-  
tem nisi intelligerent adorationis honorem, nisi alis  
quid diuinum credidissent in eo? Ergo non pueris-  
tia honorem dederunt, sed diuinitati eius, omnia in-  
telligenti. Hæc Chrysostomus.

Sciendum q̄ honor proprie exhibetur toti rei  
subsistenti. Cum ergo in Christo sit vna tantum per  
sona diuinæ humanæq; naturæ subsistens, propterea  
est vna adoratio, & unus honor, sc̄z diuinus: qui gre-  
co vocabulo dicitur latria, id est, seruitus, vel cultus  
soli deo impendendus, tanq; primo principio omni-  
um creaturarum, & gubernatori, & ultimo fini. Ita  
que caro Christi, & eius humanitas eadem venerati-  
one adoratur: qua deus: quia coniuncta est in vnitate  
personæ dei verbo. Adorare enim carnem Christi  
nihil est aliud, q̄ adorare verbū dei incarnatum, sicut  
adorare vestem regis, nihil aliud est q̄ adorare regē  
vestitū. Propterea vna adoratione adoratur in Chri-  
sto deus & homo. Ipse quippe totus Christus est prin-  
cipium omnis creaturæ & finis. Quod si quis vene-  
retur Christum ratiōe humanitatis, vt puta, quia est  
plenus munere gratiarum, & huiusmodi, illa adora-  
tio non esset vna cum adoratione qua honoratur de-  
us: quia adoratio latrīc non exhibetur humanitati  
Christi ratione suūpsius, sed ratione diuinitatis cui  
vñitur, secundum quam Christus non est minor pa-  
tre: secundum humanitatem vero minor est patre.  
Idcirco in quantum huiusmodi, debetur Christo ad-  
oratio duliz. q̄ est seruitus vel cultus domino, vel su-  
periori debitus, & non qualis alijs creaturis impendi-  
tur, sed per superexcellentiorem modum. Hæc tñ ad-

oratio conuenit Christo secundum quid, sc; secundum aliq causam vel rationē, puta scđm humanitatē secundū seip̄sam consideratā. Adoratio vero latrīq (q̄ soli deo debet) conuenit Christo simpliciter: q̄ honor impenditur subsistenti. Christus aut̄ est deus & homo in vna persona vel subsistentia. Sic sancti Ma gi procidentes adorauerunt eum vt deum, vt regem vt mortalem in vna persona, quod mysticis munera bus ostenderunt. Et nos imitatores eōq̄ effecti, quo<sup>s</sup> tide corpus & sanguinem filij hominis Iesu Christi procidentes adoramus adoratione latrīq. Adoramus inquam, corpus & sanguinem, non vt res quasdā naturales separatas, sed inseparabiliter coniunctas, ex naturali concomitantia animæ & diuinitatis. Adoramus ergo in sacramēto deum & regem nostrum, pro nobis mortuum. Quod profitemur muneribus in illo actu deuotionis, & internę vel interioris adoratio nis offerentes ei voluntatem seu affectum nostrum loco thuris vt deo: intelligentiam seu rationem nostram loco auri, vt regi: corpus seu sensualitatem loco myrrhæ, vt pro nobis mortuo reddentes qualem cunq̄ vicissitudinem. Hæc omnia, id est, nosip̄los of ferendo & relinquendo in diuinum beneplacitum, nunquamea ad nos iterum rapiamus. Sed nedum humanitas Christi adoratur adoratione latrīq, sed etiam imago eius. Quia (iuxta Philosophum in libro de memoria & reminiscencia) idem motus est in imagine, inquantum est imago, & in eum cuius est imago. Qui ergo adorat imaginem Iesu, adorat I E S V M, id est, deum humanatum. Similiter quia crux representat nobis deum hominem, crucifixum, adoratur adoratione latrīq, id est, adoratio ne soli deo debita. Vnde ei procumbentes, tanquam deo dicimus: O crux ave spes vñica, &c. Est autem differentia inter crucem in qua C H R I S T V S

Imaginū  
adoratio.

Ambroſi.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

suspēsus fuit, & alias crucēs lignēas, vel lapideas, vel aureas, quæ verā crucē reprēsentant, quia istæ crucē adorantur solum ea de causa latrīe, q̄a Chriſtūm crucifixūm reprēsentant. Sed vera crux Chriſti super hoc adoratur latrīe, quia Christūm tetigit, & sanguine eius perfusa fuit: & per hoc quodammodo vel aliquo modo sibi coniuncta fuit, sicut etiā clavi & cætera instrumenta passionis eius: quæ etiā adorationē latrīe adorantur, quia reprēsentant Christūm quem tetigerunt. Rursum differentia est inter ista dominica instrumenta. Quia omnia instrumenta quæ tetigerunt Christūm, licet adorentur adoratiōne latrīe, tamen effigies eorum non adoratur latrīe sicut sunt clavi effigiati, & syndon, & sudarium, & corona spinea effigiata, &c. Crux tamen in quacumq; materia effigiatur, semper latrīe adoratur: quia est signum filij hominis quod apparebit in cœlo. Et licet ista ita se habeant, tamen beata virgo Maria quæ desum concepit, in vtero aluit, peperit, lactauit & tractauit, non adoratur adorationē latrīe, sicut præsepiū, vel crux: sed hyperdulīe, hoc est, veneratione quæ creaturæ honorantur, licet excellentiōri modo, eo quod supēminet vniuersis tanq; materi dei. Ratio est, quia nulli creaturæ debetur latrīa secundum se consideratæ, sed soli deo. Cum ergo beata Maria sit pura creatura, idcirco ei non impēditur latrīa, id est, honor diuinus: Præsepio autem domini, & crucis ius, ac cæteris instrumentis, non impēditur ullus honor omnino, inquantum sunt res quædam naturales, quia non sunt capaces honoris: sed soli deo impēditur, quem reprēsentant. Rebus ergo insensibilibus inquantum reprēsentant deum, impēditur honor diuinus: quia non sunt susceptibiles honoris secundum seipſas. Et idcirco animus honorantis statim tēdit in deum. Rationabili vero creaturæ (quia ei reuerentia debetur secundum seipſam) nullo mode-

Matth. 24

impeditur latria, id est, honor diuinus. Præstaret enim occasionem erroris, quia motus adorantis sisteret in homine in quantum est res quædam, & non fertur in deum. Adoramus ergo homines, sicut & sanctos, & corundem reliquias & imagines veneratione duliæ, quæ debetur puris creaturis, in eis deum honorantes quamvis penè omnia signa interioris adorationis diuinæ quæ manifestatur in exteriori adoratioue, hominibus impendimus, de mortio sacrificio. De quo dicit Augustinus 10. de Ciuitate dei: Multa de cultu diuinæ Augustinis usurpata sunt, quæ honoribus deferuntur humani, siue humilitate nimia, siue adulatio[n]e pestifera, ita tamen quod quibus ea deferuntur, homines habent, qui dicuntur colendi & venerandi. Si autem multum eis additur, & adorandi. Quis vero sacrificandū censuit, nisi ei quem deum aut scivit, aut putauit, aut finxit. Hæc ille. Sacrificiū ergo soli deo impenditur. Cum igitur adoratio sit actus religionis (quæ est virtus moralis, reddens deo debitum honorem) siue sit interior qua eum veneramur, ut primum principium & ultimum finem: siue exterior, qua interiore significationem in genuflexionibus & cæteris ceremonialibus, nos qui totam vitam nostram deo dedicavimus & idecirco præ cæteris coelentibus deum auctoritate religiosi sumus & appellamur, debemus (imitando tres magos) actum nostrum implere, ad quem quæcumque die in initio matutinarum inuitamur, & deum deo et ceremoniando adorare, quod est maximi meriti.

### **¶ De laude diuina, & quomodo hanc religiosi offerant deo.**

#### **Exhortatio. VI.**

**S**acrificium laudis honorificabit me, & illic iterum ostendam illi salutare dei. Psal. 49. Scitis ex fide charissimi quod tres viri Gentiles illuminati, affectati, & efficaciter a spiritu sancto moti, hodiernæ

R

D. PERI LEYDIS ID CARTHVS.

die (cuius facti memoriam solenniter recensemus) venerunt Hierosolymam ad Sion quærere diligēter puerum Iesum: & quem fide iam nouerāt, oculis carnis cernere cupiebant. Ibidem iter ipsis demonstratum est. Eentes autem, stellam quam in Oriente viserant contemplantes, cum magno gaudio valde Iesum innenerunt. Hoc fuit initium vocationis Gētiūm quārentium & inuenientium Iesum. Propheta prædixerat hoc de domino Iesu qui vocavit nos.

Psalm. 49.  
Iohann. 10

Isai. 2  
Psal. 18.

Psal. 49.

Deus inquit, deorum dominus loquutus est, id est, Iesus deus & dominus angelorum & prophetarum, ad quos sermo dei habitus est, & omnium iustorum quos deos appellat. Et quid loquutus est? In Hierusalem & Sion legem euangelicam docuit, & aduentus spiritus sancti confirmauit. Quid post hoc fecit? Vocavit terram, id est, homines habitantes in terra. Unde vocavit eos? A solis ortu usque ad occasum, Magos cum alijs innumerabilibus ab Oriente, & nos ab Occidente, ut recumbamus tandem in sinu Abram, Isaac, & Iacob. Ex quo loco vocavit? Ex Sion species decoris eius: quia speciositas & pulchritudo decoris legis euangelicæ ex Sion processit: De Sion enim exiuit lex, & verbum domini de Hierusalem. Inde exierunt Apostoli & alijs vocantes, & in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Et nos audiuimus. Quid dixerunt isti nūncij vocantes nos? Aduentū domini Iesu ad iudicium prædixerunt: Deus manifeste veniet, deus noster & non silebit, dissimulando peccata hominum propter pœnitentiam, sicut nunc facit, sed sententiam æternæ condemnationis contra impios proferet indilat. Ignis in conspectu eius exardescet, & reliqua quæ sequuntur omnia sunt de iudicio extremito, usque ad id: Audi populus meus & loquar, vobis propheta innuit nuncios & vocantes docturos sacrificia veteris legis post euangelium publicatum nō

DE BON. DIVINA LIB. II. Fol. 136

fore deo accepta . Deinde quale sacrificium sibi placebit, subiungit dicens. Immola sacrificium laudis. Innuens etiam qualiter monendi erunt per vocates ministri boni, & corripendi atque terrendi mali, cōcludit: Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutare dei. Dum adhuc in seculo essemus fratres charissimi, illuminati & affecti, atque efficaciter haud dubium à spiritu sancto moti sumus, ut quereremus salutare dei, id est Iesum filium dei, qui est salus nostra, & vita nostra. Venimus querere Iesum, & salutem, & tandem intravimus Iudeam, id est, religionem, in qua iugis est confessio domini, & ad ciuitatem Hierusalem, in qua est arx Sion, id est, ad ordinem Carthusensem, qui præcæreris vacat pacifice vita, & contemplatione, vbi dictum est singulis nobis : Immola deo sacrificium laudis . Sacrificium enim laudis (ait dominus qui vocavit te) honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutare dei, id est, Iesum filium dei. Laus diuina sacrificium appellatur : quia sicut in veteri lege immolabantur diuersis ritibus sacrificia deo, puta aut pro peccato, quando scilicet pro commissio facinore fatebantur se dignos morte, & loco eorum pecus occidebatur: vel quando pro gratiarumactione, ex oblatione etiam offerens cum deo epulabatur, vel quando ex puro amore offerens, se totum deo offerebat. In cuius signum pecus totaliter cremabatur. Sic in diuinis laudibus, sine exteriori significacione psallens, se offerte deo pro peccatis, veniam petendo, & se reum cognoscendo, vel pro beneficijs gratias exhibendo, aut saltem ex ardenti amore se totum deo effundendo . Et sic penitens accipit dei reconciliationem, gratus maiora beneficia, ardens amore dei coniunctionem . Idcirco hoc laudis sacrificiū iter est ad salutare dei, id est, Iesum filium dei obtainendum. Sicut ergo

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Magis ostensum iter tenentes, & stellam contemplantes atque sequentes, Iesum inuenire meruerunt: ita & nos iter, id est, sacrificium laudis teneamus & gratiam in eo lucentem attendamus, & indubie Iesum inueniemus. Sed non surda aure audiamus, quod deus deorum dominus Iesus & nuntijs, & vocantes nos iuxta vaticinium psalmi, postquam dixerunt: Immola deo sacrificium laudis, subdiderunt, redde altissimo vota tua. Videamus ergo utrum psallendo seruemus quae voulimus deo. Non parcamus (sicut statuta nostra volunt) vocibus, nec muliebre quid frangendo vocem sonemus, sed virili voce verba spiritus sancti promamus, sine tamen nimia inundantia vocis. Voces nostras conformemus, nec nimis alte vel bassie, nec nimis festinanter aut tractim, sed grauitate Carthusiana inuicem auscultando, sine mutuis prouocationibus, aut risibus, aut levitatisbus, & perseuerando in choro diuinis laudes perfoluamus. Sæpe tentamur ex dissonantia vocum, vel ex naturali defectu, vel voluntario. Sed videamus cui psallendo loquimur, & coram quo stamus. Ipse est deus deo & dominus, qui requirit solutionem votorum nostrorum. Tenemur regulare voluntates nostras, & pro posse naturalia inflectere secundum dictam recte ratiois, secundum ordinationem maiorum, secundum diuinum beneplacitum. Reddamus altissimo vota nostra. Debtores sumus non nobis tantum, vt pro nobismet ipsi tantummodo oremus, sed toti mundo, etiam infidelibus vt cōuertantur. Ad hoc vocavit nos deus deus tu dñs, & posuit nos sibi vicinos, & suos aulicos efficit, vt fideliter, p. saluādis interpellamus, & laborādo, & vigilādo, sacrificiū q̄q; laudis immolādo, p. peccatis omnīs satisfaciamus. Preces indicāt, p. q̄bus oramus Quibus finitis, vice oīm misericordiā postulamus & peccata cōfitemur, dicētes: Miserere mei deus &c. Reddamus altissimo vota nostra. Ecclesia dei p̄cepit

ut studiose & deuote diuinum officium diurnum pa-  
riter & nocturnum peragatur. Simus ergo diligen-  
tes: quia maledictus qui facit opus dei negligenter.  
Opus dei iuxta beatum Benedictum in regula, est of-  
ficium diuinū, cui secundū eundē, nihil est præponē-  
dum. Simus itaq; deuoti & feruentes: quia tepidos  
euomit deus. Si ergo indiscrete festinauerimus, &  
verbotenus dūtaxat satisfecerimus, vtique indeuoti  
sumus, alia deo præponimus. Et dicit nobis domi-  
nus: Ego non indigeo verbis vestris, eatis ad ea q̄  
diligitis plus quam me. Reddamus altissimo vota  
nostra. Sobrie, iuste & pie viuamus, alias peccato-  
ri dicet deus: Quare tu enarras iusticias meas, &  
assumis testamentum per os tuum? Tu vero odisti  
disciplinam, & cetera. Ergo fratres simus in diuinis  
strenui, id est, secundum Bernardum: cum alacri-  
tate & reuerentia deo & sanctis eius assistamus, qui  
vident omnia desideria nostra, & audiunt orationes  
nostras. Et si non valemus multum clamare voce,  
ardenti desiderio aures dei repleamus, & feruentes  
nos foris propter exemplū exhibeamus, nō somno-  
lentos, vel quasi dormientes, nec brachia cum capite  
& pectore super formam expandamus, quasi nedū  
deuotione, sed etiam ipsa naturali vita priuati esse-  
mus. Strenuo autem dicit deus: Sacrificium lau-  
dis tuę honorificabit me, & illuc iter quo ostendam  
tibi salutare dei. Talis enim salubriter oculis corpo-  
ralibus quæsitum & inuentum Iesum intuetur in sa-  
crificio noui testameti, id est, in sacramento altaris  
quod dicitur sacrificium laudis, quia cum laude offer-  
tur: imo omnes laudes propter ipsum fiunt. Et tas-  
cis pie atque attente laudans, semper spiritualiter  
communicat die noctisque. Illuc enim, id est, ibis  
dein, est iter C H R I S T V S, qui est via, qua  
ostenditur quicquid vere ostenditur, salutare dei, id  
est Christus, qui est vita nostra & salutare nostrum.

Extra. de  
cele. mis.  
ca. Dolētes  
Hiere. 48.

Apoca. 3.

Titu. 2.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Sic chariflumi fratres sacrificium laudis tanquam i<sup>st</sup> ter obseruantes, & gratiam dei, tanquam stellam sequentes, ad Iesum perducimur, quem in sacramento altaris adoramus, & cum tribus magis in æterna felicitate obtinere speramus.

**M**agorum munera trifariam mystice offerri. Exhortatio VII.

**A**ibi offeret reges munera. Psalm. 57. Reges & magi( quorum hodierna solens nitate venerabilem memoriā agimus) typum nostri portabant. Imitemur igitur quos veneramur, vt & ipsi reges & magi(sicut nos regale sacerdotium habentes decet) veraciter dici mereainur. Reges simus & regendo nosmetipos secundum dei præcepta, & dic etamen recte ratiōis: Seruire enim deo, regnare est. Magi & magnitudine sapientia. Tales enim decet esse sacerdotes dei, offerentes deo munera. Attendam regum magorum fidem, spem & charitatem. Fidem, quia crediderunt Christum natum. Spem, quia querebant inueniendum. Charitatem, quia de eo gauii sunt gaudio magno valde, tanq; in anima desiderio. Et venerati sunt eum vnicē dilectū, summa deuotio ne munera offerentes, ptestantes eū foris mysticis munib; (quæ singuli obtulerunt) auro, suum dñm ac regē: thure, deum. i. principium oīm & finem, in quo solum est quiescendū. Hoc mente gerere, est deum ex charitate diligere. Ideo in sacrificio thus igne accenditur, quia ardenti desiderio ascendendū est ad quiescendū in deo, tanq; in ultimo fine. Myrra, ptestati sunt eū sūḡ saluatorē: ga per mortalitatem suā saluatuit genus humānū. Super hęc vt deo nostra munera grata sint & accepta, sit cōscientia pura, sit intētio recta, sit opus bonū. Vnum sine alijs non sufficit. Dicit Apost. Nihil mihi cōscius sum, sed non in hoc iustifi-

z. Petr. 2

z. Cor. 4

DE BONI. DIVINA LIB.II. Fol. 138

catus sum. Cæcitate eñ quidā ( Salomone testante )  
ita securi sunt, quasi iustorū facta haberēt, cum tamē  
sint impi. Et ideo nihil prodest eis, q̄ puram sibi sine  
operibus ferment conscientiam. De intentione dicit  
dominus: Si oculus tuus nequā fuerit, totū corpus  
tuū tenebrosum erit. i. Si intentio peruersa fuerit &  
mala, totū corpus. i. tota congeries operationū mala  
erit, etiam si actio sit de genere bonorū, vt dare ele-  
emosynam mulierculæ ad trahendum eā in amorem  
illicitum, aut furari vt detur eleemosyna, &c. Et lis-  
cer malitia voluntatis sufficiat ad hoc quod actus ma-  
lus dicatur, non tamen bonitas voluntatis intendētis  
sufficiat ad bonitatem eius: quia actus potest de se esse  
malus, qui nullo modo potest bene fieri. His itaq; p̄q̄  
habitatis, accedamus offerre, vt reges, munera regi  
Christo vniuersiq; in gradu suo. Sunt autem tres  
gradus offerentium regum. Primus est incipientium,  
secundus proficientium, tertius perfectiorū. Incipien-  
tes vel inchoantes regnū suum, sc̄ corpus & animā,  
cognitiones & operationes, &cætera oia que in di-  
strictu suo habent, possident cū timore. Reges ergo  
sunt, quia regūt, licet cū timore. Et magi: q̄a initium  
sapientiæ timor dñi. Isti regimine & sapientia sua oēs  
hostes mortales expellunt: quia timor dñi expellit  
peccatum, scilicet, omne capitale & mortale. Hi co-  
ram summo rege innenunt gratiam. Bernardus: In  
veritate didici, nil æque efficax esse ad gratiam pro-  
merendam, retinendam & recuperandam, q̄ si omni  
tempore inueniaris coram deo non altum sapere, sed  
deum timere. Hi reges cum rege Iosia deflente in ti-  
more transgressiones mandatorum dei, audire singu-  
li merentur a domino: Pro eo quod audisti verba le-  
gis, & perterritū est cor tuum, & humiliatus es corā  
domino, & scindens vestimenta tua fleuisti coram  
me, audiui te, & colligam te in pace, ne videant oculi  
tui mala, &cæte. Hi reges offerunt primo aurum,

Ecclesiasticus 8

Matthew. 6

Psalm. 21:9

Ecclesiasticus 1

Bernard.

sup ca. 22

4. Reg. 23

## D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Daniel. 4

Id est, temporalia bona, sicut cōsuluit sanctus Daniel propheta: Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperū. Secundo thus offe sunt, sc̄ orationem vocalem. Quæ licet multis euagationibus perficiatur, si ramen fuerit intentio recta & conscientia pura, etiam pro satisfactione i domi no recipitur. Vnde euagatio mentis quæ sit præter propositum, oratiōis fructum non tollit. Et sanctus Basilius ait: Si debilitatus à peccato, fixe nequis orare, quantumcumq; potes, teipsum cohibeas, & deus ignoscit, eo q; non ex negligentia, sed ex fragilitate non potes vt oportet, assistere coram deo. Notate fratres quod dicitur, quantumcumq; potes, teipsum cohibeas. Dicit Augustinus in regula: Psalmis & hymnis cum oratis deum, hoc verletur in corde, quod profertur in ore. Quia si qs ex prōposito in oratione mente euagatur, hoc peccatum est, & impedit orationis fructum. Et prefatus S. Basilius dicit: Diuinū auxilium est implorandum, non remisse, nec mēte huc vel illuc euagante, eo quod talis non solum non impetrabit quod petit, sed etiam magis deum irritabit. Nos charissimi fratres iuxta sacros Canones, tenemur diuinum officium, nocturnum pariter & diurnum studiole & devote persoluere. Non simus negligentes in hoc: quia maledictus qui facit opus dei negligenter. Sed sequamur dictum sancti Iohannis Chrysostomi, dicentis: Solam orationem quasi spirituale tributum offert anima deo de suis visceribus. Ideo cum summa diligentia & puritate offerenda est, in timore & reuerentia. Tertio, offerunt præfati reges myrrham abstinentia corporalis, qua conseruantur, ne defluant in putredinem vitiorum, secundum formam Apostoli dicentis: Castigo corpus meum. Et alibi: Sobrie viuamus in hoc seculo. Vnde prima die qua posuit in corde suo, vt se affligeret Daniel, accesserat oratio eius, Reges qui sunt in statu profici-

Thoma s

2.2. q. 83.

artic. 13

Basilius

August.

Basilius.

Extra, de  
cel. mis. c.

Dolentes.

Iohannes  
Chrys.

1. Cor. 9

T it. 12

Daniel. 10

entium, ampliant regnum suum in furore, quia per profectum charitatis dilatant spacia coelestium desideriorum, reprimendo desideria terrena. Inchoantibus, aut incipientibus, dicitur: Siue volueritis, siue nolueritis, habitabit Iesus vobiscum. Iste vero cum David Iesuæum, scilicet affectum carnalem, expellunt de medio Hierusalem. Deinde Philistæos, id est demones, & post hoc hostes in circuitu, id est omnem mundi vanitatem, & quosdam faciunt tributariorum, id est, scientiam secularem pro intellectu scripturarum, res & pecunias ad cultum diuinum, & famularum admittunt. Hi reges offerunt regi Christo munera pretiosa. Aurum, hoc est, contemptum terreorum, dicentes cum Apostolo Petro: Ecce nos reliquimus omnia, & sequenti sumus te. Et thus orationis mentalis & meditationis, in qua exardecit ignis, ut ardor deuotionis exprimatur. Tertio myrrham contritionis, quæ operatur perfectam auersiōnem & detestationem, & penitentiam peccatorum, nec relinquit ullam complacentiam eorundem, quæ senzur adhuc in nonnullis incipiētibus: & est signū male depurati affectus. Reges qui sunt in gradu perfectorum, regnum suum possident, hostibus suis iam superatis in tranquillitate cordis, & securitate mentis. Iste cum Solomone pacifco, ædificant domum domino. Non possunt autem esse Salomon, nisi fuerint filii David, qui manu forti hostes subegit, id est, non possunt esse perfecti, nisi in primo fuerint proficiētes in exterminatione vitiorum. Hi munera offert præciosissima. Primo aurum, hoc est, charitatē plenissimā, & contemptum sui, nedum ad tolerandas aduersitates innumerās, sed etiam ipsam expribatissimā mortem, ad reddendum vicem dilecto regi Christo. Secundo thus contemplationis altissimæ. Tertio myrrham mortificationis omnimodæ, quæ potissimum consistit in perfecta conformatiōne vo-

2. Reg. §

Matth. 19.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

luntatis humanæ cum diuino beneplacito. His exæ  
erctijs charissimi fratres insistamus, vt nomē regiū  
sempiternum veraciter consequi mereamur, & im-  
pleatur in nobis quod dictum est: Tibi scilicet Chris-  
to, offerent reges munera.

Quomodo multi ad modum Herodis  
Iesum quærere se simulantes, sel-  
psos quærant inique.

Exhortatio VIII.

**I**Te & interrogate diligenter de puero, & cum ins-  
ueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniens ado-  
rem eum. Mat. 2. Verba sunt ipsius Herodis. Quæ  
nam res accidit filio scelerato? Num & Herodes in-  
ter prophetas? Et quæ est vita eius? Et quæ conuen-  
tio homicida cum vitæ authore? Quid vero interfes-  
tori filiorum suorum cum filio dei? Fortasse vult poe-  
nitere de peccatis suis, & ideo querit saluatorem. Et  
quis non crederet, verbis regis, Vicedomino Impera-  
toris? Sequitur enim, & dicit: vt & ego veniens, ado-  
rem eum. Obsequium fidei reprobavit. Adoratio em-  
**Hebrei. 13** præexigit cognitionem quæ habetur de Christo per  
fidem. Fides autem iustificat peccatorem. Adoratio  
**2. Iohani. 4** vero refundit iustificatori reverentiam, & gratiarū  
**Ecclesi. 11** actionem. Sed caueamus, nec credamus omni spiri-  
tu: Multæ enim sunt insidiæ dolosi. Vnde Herodes  
deuotionem promittit, sed gladium acuit, malitiam  
cordis depingens colore humilitatis. Finxit se vultu  
& verbis adorare, quem inuidia mente cogitabat oc-  
cidere. Non est igitur amantis vox, sed hostis Hero-  
dis impij, sibi, ambitiosi, cupidi, inuidi, odio pleni.  
Proli pudor, quot in omni statu ecclesiæ Herodis vo-  
cem audiunt & sequuntur? His sunt q̄ārunt diligēter

DE BONI. DIVINA. LIB.II. Fol.140

imo diligentissime prælations & dignitates, aliorū appetunt esse capita & rectores, aliorum volunt via arguere, deformitates quaslibet reformare, iustitiam ministrare. Ut vero suum valeant intentum consequi, per se, per alios munera offerunt, preces iungunt, præmia pollicentur. Quod si quem aduerterint præficiendum præ ipsis, obloquuntur, detrahunt, & quæcumque infamatoria, siue vera siue falsa fuerint, vera grauando, falsa mendose referendo, suspecta vero pro indubitate affirmando diffundunt ut talem inhabilem reddant. An non talia fiunt in territoriis & ciuitatibus, vbi regnant partialitates? Quod si (vt frequenter sit) interrogati fuerint, quid queritis, incunctanter in effectu verborum respondent. Nos interrogamus & querimus diligenter puerum Iesum, zelum habemus animarum, bonum eam publicum diligimus. Iustitiam & reformatiōnem querimus. Sine nobis omnia pereunt. An ista requirere, non sit Iesum quereres? Sed reuera herodiana hæc vox est. Herodes quippe in pellibus glorians interpretatur. Itaque sub pellibus, id est, speciebus sanctitatis (in quibus gloriantur præscripti) latet hostis pueri Iesu, scilicet, superbia, hy poctisis, inuidia, temerarium iudicium, detractio, & his similia. Quis puerum Iesum quererent (quod sine charitate nunquam sit) debito ordine reformatiōnem & iustitiam a seipsis inchoarent. Isti vero se ipsis negligunt, & cæterorum defectus diligenter considerant. Peruersus est talis ordo. Quod si quis perfecte fuerit sanctitatis, indecenter tamen appeteret dignitatem. Vnde Augustinus libro decimo nono de Ciuitate dei ca. 19. Locus superior (sine quo populus regi non potest) & si ita teneatur atque administretur vt decet, indecenter tamen appetitur. Posset tamen contingere casus aliquis singularis, in quo ex necessitate charitatis & spiritus sancti inspiratione

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

aliquis laudabiliter & appeteret, & acciperet principatum; ut patuit de Simone Machabæi fratre. Sunt alij qui vocem Herodis audiunt & sequuntur. Hi sunt qui diuitias querunt. Nonnulli hoc faciunt modis licitis, alij illicitis, alij periculosis, alij laboriosis, quibus laboribus a melioribus actibus impediuntur. Interrogati isti, quid queritis? respondet, puerum Iesum. Volumus enim adificare monasteria, fundare perpetuas missas, & huiusmodi: etiam de pecunia interdu ex furto, vel rapina, vel pauperum sudoribus vtcung collecta. Vox Herodiana est, quia dicit dominus: Odio habeo rapinam in holocaustum. Dicit religiosi: Querimus puerum Iesum. Quia cum habemus diuitias, faciemus eleemosynas etiam fratibus ordinis nostri largas. Vox Herodiana est. Sub specie operis misericordiae queritis superflua possidente, & illa superflue insumere, praetextu necessitatis, in cibis, in potibus, in vestibus, in utensilibus, in aedificijs, in clenodijs. Non autem in rerum omnium penuria vivere, vt fecerunt patres sancti. Si optatis pauperibus & vestri ordinis fratibus eleemosynas fieri cur non permitritis quod a donatoribus ipsis immediate fiant? Quid est necesse, quod vobis mediantibus & per vos fiant? Nonne melius est carere superfluis propter deum, quam de superfluis dare eleemosynam propter deum? Idcirco etiam illi Herodianam vocem sequuntur, qui plenam omnium rerum ressignationem & contemplationis quietem destinentur & abiiciunt, vt operibus instent misericordiae, & eleemosynas. Instare operibus misericordiae in suo genere bonum est: sed ad illa descendere a perfectiore professione, malum est. Est enim respicere retrosum & se exhibere indignum regno dei. Ab operibus misericordiae (tanquam ab imperfectiore) vocavit quem dilexit dominus, dicens: Vende omnia quæ habes & da pauperibus, & veni sequere me. Quod se fecisse Apostoli glo-

**Isaia. 62**

**Lucas 9**

**Matt. 19**

**Marc. 10**

**Lucas 18**

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol.148

riabantur, quando dixerunt: Ecce nos reliquimus  
via, & sequiti sumus te. Idcirco audire meruerunt  
mercedis magnitudinem præ cæteris fidelibus ipsis  
tribuendam: quia sessuri sunt super sedes, iudicaturi  
cæteros fideles bonos, & recepturi centuplum, & vi-  
tam æternam. Vacantibus vero operibus misericor-  
dæ, solum regnum cœlorum repromittitur, & iudi-  
candiventuri sunt propter imperfectionem. Terrena  
enim sunt quæ tangunt, qui vitam ducunt actiuam.  
Ideoq; (licer bono studio insudant) tamen puluere  
terra facillime fœdantur. Idcirco à domino pars Ma-  
triæ antefertur parti Martæ, tanquam optima. Vo-  
cem etiam Herodis sequuntur, qui plus æquo lectio-  
ni inhærendum suadent pro illuminatione intellect⁹  
quasi in die domini requirendum sit à nobis quantū  
profecerimus in intellectu, & non potius quam fer-  
uens fuerit noster in deum affectus, quam simplex,  
quam humilis, quam deuotus, quam fidelis in dei ser-  
uitio secundum vocationem in qua vocati sumus.  
Dicit Apostolus: Spiritu feruentes, domino seruen-  
tes. Non dicit curiose intelligentes, capita destruen-  
tes. Non minus Herodis vocem sequuntur, qui pue-  
rum Iesum (vt aiunt) querunt in timore inordinato  
in infinitis anxietatibus, & perplexitatibus, erronea  
conscientia, in indiscretis abstinentijs, vigilijs & pœ-  
nitentijs, & similibus suis stultis, præsumptuosis &  
obstinatis opinionibus (nolendo acquiescere, nec ali-  
orum monitis cedere, nec sententijs credere) totam  
animæ ipsorum regionem perturbando, vt inde fu-  
gere Christus cogatur, & contra præceptum Apo-  
stoli agentes, qui ait: Rationabile obsequium veterum.  
Sunt charissimi fratres innumerabiles alij viae, in  
quibus interrogant diligenter quidam ( secundum  
Herodis fraudulentam commissionem) de puero sed  
non inueniunt. Porro Magi sancti, declinantes ab He-  
rode, stellam viderunt, & gauis sunt gaudio magno

Matth. 19

Lucæ 10

Rom. 13

Roma. 13

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

valde: quam sequentes, puerum Iesum quæsitum ins  
uenerunt, nec ad Herodem redierunt. Sic nos charis  
fimi (dimissis fraudulentis persuasionibus) sequamur  
fulgorem gratiæ dei, & spiritus sancti vocatione, gau-  
dio spirituali nos replente discamus vias domini, sci-  
licet charitatem dei & proximi, humilitatem, sobrie-  
tatem, obedientiam, & similia: & haec ducent nos ad  
puerum Iesum. Quo inuenio, non reuertamur ad vi-  
ta Hærodis sed per aliam viam (scilicet virtutum) re-  
uertamur in regionem nostram in cœlum.

**C**Opera nostra ex nobis inutilia, per  
Christum fructuosa ad meren-  
dū quo reddātur. Exho. IX.



Ausi sunt gaudio magno valde. Mat-  
thæi secundo. Habemus ex hodierna  
euangelica lectione, quod primi ex Gen-  
tibus (Christi dñi adoratores) in Ori-  
ente stellam ipsius Christi nativitatis ostē-  
siuam viderunt. Cuius visione (diuina  
gratia intus refulgente) illuminati, & affectuose dele-  
ctati, confessim iter ad dominum Christum inuenie-  
dum arripuerunt. Fatigati vero laboribus, cum puta-  
rent se dominum inuenire, Herodis (hostis Christi)  
pericula inciderunt. Sed propitio eis deo, stellam quā  
in Oriente viderant, iam in Occidente, cum non lon-  
ge essent à Christo, cum gaudio magno valde inspe-  
xerunt, & indilate ad Christum dominum feliciter  
peruenerunt. Haec res gesta tacite nobis loquitur. De-  
bemus ergo fratres diligenter aduertere, quid nobis  
innuant. Magi gentiles, significant conuertendos ex  
gentilitate ad Christum infideles. Stella fulgens in  
nocte, est fides de Christo lucens in cordibus tenebro-  
sis infidelium. Stellam videre in Oriente, est in inchoa-  
tione salutis fidem recipere. Quod vero illuminati &

affectuose delectati iter arripuerunt, innuit, quod cōuersi Gentiles ob certitudinem rerum credendarum & amorem earundem, deuote & gaudio magno intellectum in obsequiuum fidei captiuauerunt, & iter qđ factus est eis Christus ambulauerunt. Fatigantur tamen in via virtutis & honorum operum, quam Christus opere docuit & sermone: quia caro concupiscit aduersus spiritum, & ei aduersatus, & corpus quod corruptitur aggrauat animam, & mundus retrahit bonos a profectu. Perseuerantes vero in itinere Christi cum iā putant in Hierusalem, id est, in visione pacis, hoc est, in pace conscientiae, perhibentes testimonium bonis operibus ipsorum, Christum dominum inuenire, Herodem hostem Christi inuenierunt, non sine magno periculo omnium laborum itineris peracti. Quia fideles affectuose secundum vitam & doctrinam Christi viuentes, incident in periculum presumptionis atque superbiae, quasi per sua propria merita digni essent Christum inuenire, qui est vita, hoc est, æterna felicitas. Et nisi deo propitio ab illa presumptione liberarentur, ad Christum cui iam vicini facti sunt, non peruenirent. Relinquentes vero Herodem non in nocte & oriente, sed in clara die & occidente, id est in clara quæ nunquam marcescit sapientia, & circa occasum mortalis vitae stellam eandem vident cum gaudio magno valde, quæ eos ad Christum perducit. Nunc restat agnoscere, quid sit stellam præfacto modo videre, vnde tantum ac tale gaudium ortum est. In visione prima stellæ, id est, fidei de Christo, gaudium magnum (angelo attestante) ortum est, quia natus fuit C H R I S T V S dominus, qui saluaret credentes a perditione, & persuaderet ad æternam salutem. In secunda visione, ortum est gaudium magnum valde. Notitia ergo magni malii, a quo fideles liberantur, & excelsi boni quod adipiscuntur, causa est gaudij.

Galat. 9

Sapient. 9

2. Corin. 2

Sapient. 6

Lucas 2

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Aduertamus nunc; utrumque in secunda stellæ visio  
Notandum igitur quod nos omnes filii Adæ, tamquā  
filij eius, debitores sumus deo, omnium bonorum quia  
in primis parentibus accepimus, & eorum præuanci-  
tione amissimus: ut fuit originalis iustitia cum omnis-  
bus bonis illi iustitiae annexis. Debitores etiam sus-  
mus habendi ea mala quæ parentum prævaricatio  
incurrimus, spiritualia præcipue: cuiusmodi est ignos-  
rantia in mente, concupiscentia in carne, ex qua seq-  
tur infirmitas in omni opere bono. Ex his orta est  
malitia, quæ totam occupat naturam. Nam ignorā-  
tia rationalem, concupiscentia vim cōcupisibilem  
infirmitas irascibilem possidet. Malitia vero sibi oēs  
vendicat vires. Quibus in nobis præalentibus ac  
dominantibus, nullum elicere possumus actum bonū  
talem, qualem in paradiſo sine omni difficultate, &  
cum omni iucunditate potuissemus, & qualem deus  
a nobis exigit, secundum eam naturæ conditionem  
quam instituit: quæ erat innocentia decorata, virtu-  
tibus adornata, magna in operando virtute prædita  
ab omni inordinatione & defectu immunis & extra-  
nea. Igitur deus inuenit omnes actus nostros bonos  
minus habentes in virtute, in discretione & sapientia  
in perfectione, in circumstantijs, & in puritate inten-  
tionis. Siquidem amor priuatus (quem ad seipsum  
gerit spiritus humanus, ad carnem quoque & quam  
libet aliam creaturam) nobis adeo tenaciter inheret,  
quod nunquia aliquem actum ita purissime & integer-  
rime in deum propter seipsum (tamquam summū bonū)  
elicimus aut facimus, quin aliquid semper con-  
currat de prædicto priuato amore, quo optamus (lis-  
cet non unquam imperceptibiliter) aliquam refusio-  
nem in aliquo cōmodo temporalis delectationis, aut  
gloriæ, siue æternam remunerationem. Purissima ve-  
ro & integerrima tendentia in deum (quale a nobis  
iustissime exigit deus) omnimodā requirit suūpius

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol.143

Quo ad carnem & spiritum, mortificationem & ab  
negationem. Et ut nec seipsum, nec villam amet rem  
creatam, nisi simpliciter & pure in deo & propter des  
um: nec præter deum, aut extra deum aliquid que  
rat. Hic est nostræ directionis & intentionis, perfectio  
nis quoque & omnium actuum nostrorum finis. In  
tali statu impleri potest illud maximum diuinum præ  
ceptum: Diliges dominum deum tuum ex to  
to corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente  
tua, & ex omnibus viribus tuis. Ad quem statum  
in hac mortalitate pertingere valemus minime, quā  
tumcumque etiam per gratiam, virtutes, & spiritus  
sancti dona reparemur. Nam per hæc utiq; restau  
ramur ad salutem, non autem ad originalem iustitiam  
Manent igitur omnes iustitiae nostræ sicut pannus  
menstruatæ, sic quod nullus actus (de communi le  
ge) adeo est perfectus, quin à iustitia diuina repro  
bari possit tanquam minus habens. Pereat nunc os  
mnis præsumptio, ex proprijs operibus perueniendæ  
ad Christum, omnis gloriatio, omnis superbia. Au  
diamus adhuc: Cum sanctissima voluntas diuina,  
prima sit omnium rerum causa, & omnium legum regu  
la, erit etiam prima omnium actuum intellectualis  
naturæ ponderatrix, moderatrix & sententiatrix  
in ratione meriti & demeriti in ordine ad præmium  
& peccatum: & hoc secundū q̄litatem, quantitatem, &  
oēs circūstantias. Est em in oībus iustissima imo ipsa  
iustitia, quā obliquari vel minime est impossible. Cui  
necessitatem omnē volūtatem creatā cōformari ad hoc  
vt sit recta & iusta. Vnde ipsa diuina volūtas nihil ap  
petit, aut acceptat extra se, eo q̄ bonū est sed quia si  
bi placet, ideo bonū est: & q̄to magis placet, tanto me  
lius est. Similiter peccatum mēsurat̄ iuxta diuinę dis  
plicētia q̄titatē siue grauitatē. Displícētia em diuina  
est ratio, quare actus alius dicit̄ peccatum & offensa  
principaliter. Cū igitur oēs actus nostri boni moralis

Deut. 6:  
Matt. 22:

Isaia. 64:

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

possunt etiam secundum iustitiam rigidam imputari  
ad culpam & penam secundum displicantiam diuis-  
na voluntatis. Vbi est ergo gloriatio nostra, & sa-  
lus ex actibus nostris? Exclusa est. Audiamus ad-  
huc, Peccata venialia quibus pleni sumus, & sine q-  
bus de communi lege viuere non valemus, posset  
deus iustus punire æterna penam. Nam voluntas di-  
uina quamlibet moralem curitatem imputare po-  
test ad mortem, iuxta seueram iustitiam suam: quæ  
in scripturis sanctis furor domini nuncupatur. Quæ  
libet nempe talis curuitas offensa dei est, quæ ex par-  
te offendit, quando infinitè culpæ habet & penam. Huc  
usque fratres charissimi extenduntur mala nostra,  
& quibus debemus liberari, ut gaudium nobis gene-  
retur. Cognoscentes igitur quod omnes actus nos-  
tri boni, morales, & virtutum opera, quibus in iti-  
nere huius seculi insudamus, nos saluare non possunt,  
nec ad CH R I S T V M perducere, recedimus ab  
Herode, id est, præsumptione fallaci, & vera nos fa-  
cientia illustratæ, ambulamus sicut in die, in qua lus-  
cidius perpendimus æternam damnationem nobis  
ex peccato A D A E, & proprijs peccatis, siue moralis-  
bus, siue venialibus debitam, quim in inchoatione  
salutis & fidei receptione, quando adhuc tenebrae  
noctis erant veræ & perfectæ, aut necessariae sapien-  
tia. Cognoscimus insuper clare insufficientiam as-  
tutum nostrorum bonorum ad promerendum felici-  
tatem æternam. Hæc omnia tristia sunt. Nunc 12  
gitur luceat in clara hac die stella, hoc est, fides de  
CHRISTONATO, ut tollat omnia mala hæc. Et  
videndo eam, id est, amplexando hanc fidem (si nos-  
bis animus gaudendi affuerit) gaudebimus ne dum  
gaudio magno, sed gaudio magno valde. Pissimus  
deus humanam videns naturam iustitia nudatam, vi-  
tiatam, depravatam, & totam submersam (sensus em-  
& cogitatio humani cordis in malum proni sunt ab

Rom. 3.

EXO. 15. 32

Psalm. 6

37. 68.

Isaiæ 5

10. 30.

Gen. 8.

DE BON. DIVINA LIB.II Fol. 144

adolescentia sua) naturæ condescendit fragilitati, &  
misit filium suum consubstantialē, ut esset nobis redemptor. Cor. 1  
prior, iustitia & sanctificatio, in signum eximiae dilectionis ad nos, & quod nolle nobiscum secundum rigorem agere iustitiae, sed in dulcedine omnis misericordiae, si tamen voluerimus redire ad pacem. Igis tur dominus IESVS CHRISTVS filius dei re demit nos sanguine suo, satisfaciens pro peccatis omnibus. Apoca. 1.  
Insuper peccata quædam noluit plectri æternæ peccata  
pena, quæ idcirco venialia dicuntur, quia non in dignatur contra ea grauius, quam ad penam temporalem. Deinde omnes actus nostros ad deum direc venialia,  
etos, iustificat, acceptat & approbat tanquam meritos vitæ æternæ. Et ipsa acceptatio facit opera nostra bona, ut supra dictum est. Contra vitiatam originem instituit nouam generationem, secundam quam concipiuntur de spiritu sancto, & nascimur de virginie ecclesia, ex utero impolluto fonte baptismi, ut filii dei appellemus & simus. Dedit enim nobis potestatem filios dei fieri. Facti igit̄ filii dei, abrenūciavimus filiationem, ut debita cōdēnati patris nobis non imputetur, quæ superius sunt tacta. Sed potius (quæ mirabilie est valde) per baptismum membra facti sumus ipsius Iesu filii dei, & ipsi incorporati, influxus vitales ab ipso capite nostro per gratiam gratum facientem suscipimus, spiritu quoque ipsius vegetamur. Quapropter cum tanto capite id est, Christo innocentissimo ultra omnem originalē iustitiam, & charissimum atque acceptissimum deo patri presentamus, sub eadem innocentia & sanctitate. Non potest ibi fieri repulsa. Nihil enim damnationis est his qui sunt in Christo Iesu. In ista namque unione capitis Christi ad membra, mira fit & bonorum & malorum communio. Nam omnia bona Christi suis communicantur membris. Et peccata atque defectus membrorum, in caput redūdant & sibi ascribunt, ut patet in psalmo, ubi dicit: Lōge à salute mea yba delictorum meorum: Psalm. 12.

Iohann. 1

Roma. 8.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Quæ ab ipso consumuntur, nec nobis imputantur. Hæc & similia bona quædam iam adepta, alia in futuro adipiscenda, materia sunt gaudiorum. Mala igitur superius expressa amittenda & bona hæc adeptæ & adipiscenda, fide indubitate cognita, & amoroso ac gaudioso animo recepta, faciunt de Christo authore tantorum bonorum, gaudere gaudio magno valde in præsenti via, & in breui ipso duce totaliter gaudentes ad ipsum Christum peruenient in patria, ut gaudent gaudio magno valde infinito.

¶ De plenitudine temporis aduentus Christi, quomodo fuerit maxime opportunum.

Exhortatio.X



Btulerunt ei munera, aurum, thus & myrram. Matthæi secundo. Dicit Apostolus: Vbi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum. Quæ est hæc plenitudo temporis? Nisi tempus Christi, in quo data est plenitudo spiritus sancti: vel plenitudo temporis est, impletio temporis præteriti, à deo patre diffiniti. Sciebat em quædo venire deberet. Nec est hora eius, vel nostra, nisi voluntas eius. Ex his patet effectus aduentus Christi, qd glorificatione Christi (ut testatur Iohannes euangelista) debebat spiritus, id est, plenitudo spiritus sancti dari. Deinde mera volūtas dei assignatur pro causa plenitudinis temporis aduentus Christi. Adhuc tamen manet quæstio, quare deus qd oīa ordinate & ex causa operatur, voluit illo tempore mittere filium suum, ita qd illud tempus vocaretur plenitudo temporis. Tempus etiam illud est quod prænuntiauerunt prophetæ, etiam nō nulli prefixe & determinate. Beatus Thomas Aquinas & alijs feci declarant, qd Christus

Galatas.4

Iohan.7.

Tho.3.  
par.q.1.  
ar.5.º

## DE BON. DIVINA LIB.II. Fol.143

medicus ægritudinis humanæ naturæ venire nō de-  
bebat nec in principio, nec in fine mundi, sed in me-  
dio. Et ex dictis eorum aliquo modo solui posset p-  
posita quæstio, sed non plene, vt mihi videtur. Et  
quis erit idoneus, vt consilium inscrutabilis maiesta-  
tis dei p̄spicere valeat & dicere, quare deus sic feces-  
rit? Nemo plane. Tamē sicut in cæteris operibus dei,  
pro illuminatione intellectus, & inflammatione af-  
fectus, & iucunda contemplatione mentis, sancti pa-  
tres certas rationes conati sunt (deo cooperante) has  
signare operum dei: sic in præsenti conabor deo au-  
xiliante in medium vestrum fratres charissimi aliq  
adducere, quæ mihi videntur pro qualicunque solu-  
tione posse valere. Non tamen soluere integraliter  
intendo quæstionem: quia hoc credo omni homi-  
ni esse impossibile. Scribitur enim in libro Sapien-  
tiae de æterna sapientia (per quam sicut creauit o-  
mnia deus, ita etiam gubernat, & ad proprios fines  
adducit) sic: Attingit à fine usque ad finem fortiter  
& disponit omnia suauiter. Attingit à fine, scilicet  
creationis omnium creaturarum, nulla, nec minima  
dempta, nec quidem minima cogitatione exclusa,  
usque ad finem durationis earundem, & in mente di-  
uina (vbi omnia æternaliter viuunt, postquam eti-  
am interierint) fortiter, quia à nullo potest præpe-  
diri deus omnipotēs. Creat ergo & conseruat for-  
titer omnia deus, & disponit omnia suauiter. Con-  
creauit enim singulis creaturis deus dispositiones  
quasdam & habitudines, per quas inclinantur ad  
proprios fines. Idcirco suauiter mouentur ad eos.  
Exempli causa. Ut lapis moueat deorsum suavis-  
ter, concreauit sibi grauedinem. Igni, ut tendat sur-  
sum, leuitatem. Et sic de cæteris. Præceptum em̄ Psalm.184  
posuit omnibus creatis qualiter agere debeant & a-  
gi & non præteribit. Omnia enim faciunt verbum  
eius, id est, præceptum eius. Mouet itaque deus fin-

Sapi.8.

Psalm.184

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

gulas creaturas sicut sunt mobiles secundum natu-  
ras suas, & dispositiones, & habitudines. Cum igitur  
homo sit liberi arbitrij, mouet eum deus salualli-  
beritate arbitrij sui. Ut vero bene moueatur, ultra ea  
qua habet homo communia cum omni creatura in-  
sensibili, & etiam animali, dedit ei inclinationem ad  
optima per synterism, quae semper manet in homi-  
nibus, etiam in damnatis. Infundit etiam deus cum  
gratia sua habitus quosdam, quos etiam homo per  
actus bonos frequentatos acquirit, per quos reddi-  
tur prompte mobilis secundum imperium rationis,  
ut peruenire possit ad perfectionem naturæ humanae  
in quantum est homo. Infundit praeterea deus dona  
spiritus sancti, per quæ redditur prompte mobilis a  
deo, ut peruenire possit ad eternam beatitudinem, in  
**Roman. 8**

**Genesi. 3**

quia per lapsum priui hominis, & per peccata hos  
minum singulorum, habebat homo habitus contra-  
rios, mouebatur in perditionem humanae naturæ no-  
manendo nec in ratione, nec in deo per cognitionem  
& amore, nec in vita eterna, sed in morte perpetua.

**Roman. 8**

Misius est igitur filius dei naturalis, ut adoptiuum  
redimeret, & reduceret ad mobilitatem salutarem.  
Iam requirebatur magna'ars & prudentia, eligendi  
tempus aptum ad hoc perficiendum. Omnia quippe  
tempus habent. Tempus aedificandi, & tempus  
non aedificandi, & alia multa quæ numerat Ecclesias-  
tes. Et ut ex proprijs illuminemur, dico: Tempus lo-  
quendi priori, & tempus non loquendi. Tempus  
conuocandi conuentum ad proponendum aliqua, &  
tempus minime hoc faciendi, &ceter. Elegit ergo de-  
us tale tempus, in quo erat humanum genus magis  
mobile ad recipiendum talem oblatam salutem, &  
in quo plus dilataretur talis receptio, ut amplius fru-  
tificaret, quād alio tempore facere potuisset. Hoc  
possimus cognoscere ex similitudine quam apostolus

**Ecclesi. 3**

Galat. 4

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol. 146

Ius Paulus ponit, dicens: Quanto tempore haeres par-  
vulus est, nihil differt a seruo, cum sit dominus omni-  
um, sed sub tutoribus & auctoribus est, usq; ad præfi-  
nitum tempus a patre, &cæt. & infert, At ubi venit  
plenitudo temporis, misit deus filium suum. Manife-  
stum est quod pater non diffinit tempus, nisi secun-  
dum quod cōditio filij requirit. Si enim fuerit filius  
minus prudens, vel malitiosus, pater differt liberta-  
tem. Si vero prudens, sapiens & virtuosus filius fu-  
erit, pater accelerat libertatem & regimen. Et enim  
patri gloria filius sapiens & iuuenis. Et hoc appellat  
Apostolus diffinitum tempus in similitudine. Consi-  
deremus nunc plenitudinem temporis, iuxta quod  
Apostolus infert in veritate, quando scilicet congru-  
entissime filius dei mitti debebat. Non in principio  
mundi: quia erat numerus parvus hominum. Et mu-  
tabilitas humani generis non sinit diu manere in uno  
statu, præcipue in arduis, quæ excedunt capacitatem  
suam, qualis est salus per incarnationem verbi, & qua-  
lia sunt sacramenta eius, & fides horum omnium. Te  
puisset quoque feruot fidei in principio crescentis  
humani generis: imo fides extincta fuisset ( stante  
libero arbitrio ) prolixitate temporis. Missus est fi-  
lius in med' tullio temporis humanæ vitæ, & tamen  
dicit apud Lucam: Verumtamen filius hominis veni-  
ens, putas inueniet fidem in terra? Quid ergo factum  
fuisset si ante tot milia annorum in principio venis-  
set? Non in fine: Quia ( ut dicit Augustinus in libro  
de quæstionibus noui & veteris testamenti ) venit  
quando & subuenire sciuit, & gratum esse futurum be-  
neficium. Cum enim languore quodam humani ge-  
neris abolescere cōpisset cognitio dei inter ho-  
mines, & mores immutarentur, eligere dignatus est  
A B R A H A M, in quo forma esset reno-  
uata notitia dei & morum & cum adhuc reue-  
rentia senior esset, postea per M O S E N

Prouer. 10

Luc 18

Cen. 12. 15

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

legem literis dedit. Et qā eā Gentes speuerunt, non se  
subjicientes ei, neḡ iū quā acceperunt seruauerunt,  
motus misericordia deus, misit filium suum, qui data  
omnibus remissione peccatorum, deo patri illos iu-  
stificatos offerret. Hęc Augustinus. Et infert ex his  
sanctus doctor Thomas: Si aut̄ hoc remediu differ-  
ret v̄sq; in finē mundi, totaliter dei notitia, & reuerē-  
tia, & moꝝ honestas abolita fuisset i terris. Et Chry-  
sostom⁹: Duo, inquit, sunt Christi aduentus. Primus  
quidem vt remittat peccata. Secundus, vt iudicet  
mundum. Si primus non fuisset, vniuersi simul per-  
diti essent. Vnde pater quod non debuit aduentum  
misericordiae differre v̄sq; in finem mundi. Quod au-  
tem conueniens tempus erat veniendi in medio tem-  
porum, & præcipue tempore Augusti Octauiani, an-  
no imperij eiusdem quadragesimo secundo, sic patet  
Primo de Iudeis, qui non erant capaces sacramenti  
incarnationis dei, v̄sq; ad transmigrationem in Ba-  
byloniam: quia in' notitia vnius dei, post & inter-  
tanta manifestissima dei beneficia permanere non  
poterant (vt notum est omnibus scripturas veteres  
noscētibus) sed idololatræ facti sunt. Ergo minus re-  
cepissent & tenuissent fidem verbi incarnati, & sacra-  
menta eius. Post transmigrationem vero Babylonis  
non sunt quidē facti idololatræ, nisi pauci: sed paula-  
tim iterum crescentes in cognitiōe & cultu vnius dei  
peregerunt tempora multa, donec tempora diuinitus  
præstituta, & per prophetas prænuntiata implerent.  
In quibus temporibus disponebantur & aptabantur  
Israelitæ & populi dei (de quibus secundum carnem  
nasci dignabatur) ad recipiendum Messiam. i. Chri-  
stum, mundi saluatorem. Et hoc quod omnibus gen-  
tibus datum fuit in signum quo agnoscerent quod  
deus aptum tempus præscierat, scilicet prophetia  
certi temporis aduentus eius, factum est ipsis Israelit-  
is in adminiculum receptionis eius. Ex hoc enim so-

August.  
Thomas.

Chrysost.

Licit erant de aduentu eius. Hinc accedit quod inter  
rogabant maiores Iohannem, an ipse esset Christus.  
Etiam turbæ cogitabant, ne forte ipse esset Christus.  
& Symeon ad preces suas responsum acceperat, nō  
visurum se mortem, nisi prius videret Christum do-  
mini. Congruitas vero aduentus Christi quo ad  
Gentiles, sic patet: Gentes enim ex quo reliquerant  
legem naturæ, demptis paucis, nec receperant legem  
scriptam, minime recepissent legem & fidem Christi.  
Expectandū ergo erat, donec assueti ad idololatriā,  
nullum deum despicerent, & tunc etiam deum cœli,  
& Iesum filium eius tanquam nouum dēū inter oīa  
sua idola reciperent. Vnde dixerunt de Paulo Athe-  
nienses philosophi: Nouorum dēmoniorum videtur  
annūtiator esse. Volebant tamen discere eius doctri-  
nam. Fuit itaq; recepta fides Christi, & doctrina eius.  
Cuius veritate & pulchritudine, omnium fallitorum  
deorum vanitas & turpitudo detecta fuit. Per hoc  
( vt Isaías prædixerat) coperunt omnia in mundo  
idola deleri à terra. Christus vero solus regnare, se-  
cundum quod dicit in Psalmo: Specie tua & pulchri-  
tudine tua, intende prospere, procede, & regna. Co-  
gnita igitur veritate fidei de Christo filio dei, misso  
ad humanum genus restituendum, tanta detesta-  
tio idolorum, & tantus feruor fidei Christianæ ex-  
crevit in cordibus fidelium, vt pro hac veritate seruā  
da, innumera tormentorum horribilium genera nō  
formidarent, sed ea, & mortem pleno affectu deuo-  
tissime reciperent. Probant hoc innumerabilia mar-  
tyrum milia. Eodem feruore fideles munera obtule-  
runt pro ecclesijs construendis, & dei cultoribus nu-  
triendis, vt cultus celebrior deo institueretur, multi-  
plicaretur, continuaretur. Hoc prænunciauerat Isa-  
ias, sicut isto tempore continue recensemus. Hoc dici-  
tur in Psalmo: Reges Tharsis & insulæ munera offe-  
rent, reges Arabum & Saba dona adducent. Hoc im-

Iohann. x

Lucæ 3

Actu. 17

Isaïæ 2

Psalm. 44

Isaïæ .50

Psalm. 71

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

pletum esse probant verba thematis nostri: Obtulerunt ei, id est, Christo filio missio in plenitudine temporis, munera. Prædicta omnia, non in uno vel breui loco, nec paucis, nec post multa tempora, sed ab India usque in Hispaniam, & ab Austro, ab Aethiopia, usque ad Oceanum in innumerabilibus populis, etiam Apostolorum temporibus acta sunt. Unde ait dominus: Sunt de hic sanctibus qui non gustabunt mortem donec videant filium hominis in regno suo. Præfato igitur tempore voluit deus mittere filium suum ad opus redemptionis humanæ: quia præuiderat homines tunc futuros magis mobiles & aptiores ad recipiendum oblatam salutem, & in maiori numero & fructu. Digne igitur appellatur plenitudo temporis.

¶ Religiosi quomodo Christo sua  
munera offerentes imitentur  
Magos. Exhortatio XI.



Obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Matthæi secundo. Ut gratias obtineamus, matrem pueri Iesu deuotissime salutemus, dicentes: Ave Maria. Obtulerunt ei munera, &cæ. vbi supra Charissimi fratres ex historia præsentis festivitatis habemus clare, quod prophetia Dauid regia, & Isaiae nobilis inchoabatur impleri, quando tres viri Gentiles, signo stellæ admirati, & gratia diuina illustrati & vocati, Christum Iesum omnium salvatorem quæsierunt, & eidem munera obtulerunt, quam postmodum abundantissime Imperatores, Reges & Reginæ, nobiles & ignobiles, & pendomne vulgus, templo & monasteria ædificantes, redditus & necessaria pro cultu diuino procurantes, adimplerunt. Scriptum est enim in libro Psalmorum: Reges Tharsis & Insulæ munera offerent, Et in Isa-

Psalm. vt  
Isaiae. eo

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol.148

ia dicitur: Argentum eorum, & aurum eorum cum eis nomini domini dei tui, & sancto I S R A E L, quia glorificauit te, & cætera. Et nos ipsi qui hic moramur, prophetias impleuimus, nos & nostra offerentes Argentum, & aurum, & omnem substantiam, & quantum concupiscere potuissimus vel adipisci, domino I E S V libere dedimus & reliquim<sup>o</sup> Grata sunt deo nostra oblata munera, propter bonā Psalm. 15.  
& promptam ac deuotam voluntatem, alias vere bo 1. Paral. 29  
norum nostrorum non eget, quandoquidem de manu ipsius accepimus, quæ sibi obtulimus. Ergo bona ac deuota voluntas causa est, quod munera nostra deo grata existunt. Absit à nobis mala voluntas, qua vellemus semel deo, siue per nos, siue per alios consecrata, iterum ad nos rapere, & in eis ius aliquod prætendere. Certe humani generis, & specialiter religiosorum hostis diabolus, ad tam grans de rapinæ crimen, solet eorum solicitare animos. Sed quia magna confusio est manifeste rapere, vel furari, cum ad apertum crimen religiosi animum nequiverit inducere, callidus infidior prætextu licet, & sub colore necessitatis in vestibus & vtrensis libus, aut sub specie profectus spiritualis in libris in imaginibus ac deuotionalibus, occultissime eidem virus infundit proprietatis. Cuius verissimum signum est tristitia, quando tale aliquid vel auferitur per superiorem, vel accommodato accipitur per fraterm conuentualem. Tunc animus in suo prætesto iure se sentit grauari, ideo tristatur. Quapropter charissimi fratres, moneo vos (vt oblatio vestra integra maneat apud deum) nolite his rebus (quibus utimini de licentia pro necessitate, vela lias) per amorem sociari & colligari. Amor enim sibi amatum vendicat. Qui ergo amat aliquam rem non reliquit eam. Vinculum hoc non soluetur sine tristitia. Quantum animus gaudet

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Actu .4

de præsentia rei amatæ, tantum tristatur de absentia eius. Igitur tristitia manifestat amorem, & rem amata non dum derelictam, Religiosus mundo & rebus eius mortuus, non debet amare nisi solum Iesum. Ille est amatus eius: imo dixerim amor eius, desiderium eius, gaudium eius, requies eius, & finis eius. Talis de nulla re amissa dolet, nisi de solo Iesu, si eum senserit absentem per qualemcumq; offendam. Talis aduentus se spoliatum quacumq; re, propter obedientiam vel fraternalm charitatem, &c. quæ omnia facta sunt propter Iesum, gaudio gaudet in Iesu, quia vel tantum passus est propter Iesum. Non contristemur fratres, sed gaudeamus gaudio magno valde, quia stella fulgente, id est, gratia diuina coruscante, omnem exteriorem substantiam domino Iesu irreducibiliter obtulimus. Fecerunt ante nos hoc ipsum Apostoli Christi, & innumerabilis sanctorum turba post eos. In tuto posuimus omnia oblata & derelicta pro Christo. Interim nutrit nos sicut filios in mensa sua, & a curis temporalium absoluimus nos, spiritualibus bonis ditat & oblectat nos, & ad æternam felicitatem ducit nos. Quia vero monemur ex euangelio (exemplo Magorum) regem nostrum diligenter requirere, & in uento munera offerre (vane enim colimus sanctos, & gesta præterita in solennitatibus recensemus, si quod credimus pie ac religiose acta, non studeamus imitari) cum corporalia munera non habemus quæ proferamus, Christo domino regi nostro chariora & acceptiora munera offeramus. Pro auro, cognitionem: Pro thure, orationem: Pro myrra, vitiorum extirpationem, passionum religationem, & bonorum mortum compositionem. Gratissima res est deo cognitionem illustrans. Quia enim multa sunt nobis scitum necessaria, malui pro munere offerendo accipere generalissimum nomen illuminationis, scilicet, cognitum onem, quod aliquod nomen speciale, Homines sumus.

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol.149

Homo vero est animal rationale. Idcirco non debes  
moueri vel regi ab imaginatione vel phantasia,  
vel inclinatione sensuali vel passione, vt iumenta ter-  
rae: sed à ratione vt animalia ad imaginē dei creata.  
Ratio inquirit veritatem, & est in syllogismo præ-  
missorum. Intellectus vero est conclusionum & prin-  
cipiorum, & speculatur tam diuina quam etiam hu-  
mana. Sapientia intendit rebus diuinis contemplan-  
dis & fruendis. Delectatur enim in contemplata ve-  
ritate diuinorum. Scientia intendit rebus humanis  
considerandis. Prudentia intendit rebus agendis: &  
hæc applicat scientiam ad opus. Ars intendit rebus  
faciendis. In omnibus & de omnibus præmissis est no-  
bis necessaria cognitio. Cui scilicet cognitioni stude-  
re debemus, vt placeamus regi nostro Christo. Dilig-  
entia igitur adhibenda est lectioni, pro loco & tem-  
pore, & materia, prout statui & conditioni nostræ co-  
gruit. Ultra ea quæ tenemur cognoscere cum cæte-  
ris Christianis, eorum quæ quotidie tractamus, scz sa-  
cræ scripturæ veteris & nouæ legis, officijs missæ, vi-  
tiorum atq; virtutum, nec non nostrorum statutorum  
est nobis necessarius intellectus & cognitio. Tene-  
mur enim viuere secundum vota & promissa deo fa-  
cta coram sanctis eius, & multis testibus. Idcirco ne-  
cessaria est nobis cognitio modi viuendi secundum  
ea, qui modus in statutis exprimitur. Nec valet, nec  
verum est quod Hæretici garriunt, dicentes statuta,  
vel regulæ religiosorum sunt traditiones hominum,  
quæ non saluant, sed euangelium solum saluat. Lo-  
quendo proprie, traditiones hominum sunt, quæ or-  
dinatae sunt ab hominibus contra mandata dei, vt  
patet apud Matthæum euangelistam. Tales non sal-  
uant, sed perdunt. Quæ autem ordinata sunt pro  
maiore obseruantia mandatorum dei, sunt principa-  
liter à deo spiritu sancto, sicut & ipsa mandata, mini-  
sterialiter vero ab hominibus. Talia sunt illa, de qui:

Traditio-  
nes homi-  
næ quæ sint.  
Matth.15

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

bus dicitur: Super cathedrā Mosi sederunt scribæ & pharisæi. Oia ergo quæcunq; dixerint vobis seruate & facite. Itē illud Matt. Si ecclesiam non andierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus . Amen dico vobis quæcunq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. Et talia multa, de quibus potius vo lumen scribendum foret, quām sermo . Et talia sal uant seruata, & non seruata perdunt & dominant. Si mīle est de regulis & statutis sanctorum patrum quo ad illos qui propria sponte subdiderunt se illis . Sit enim instituta pro maiore custodia mandatorū dei, quod fieri sine spiritu sancto est impossibile, à q; sim pliceret est salus animarum, & omne bonum. Et sine impletione horum, euangelium nos non saluat, nisi dicat (quod verē est) obseruantiam talū implicitē & in generali contineri in euangelio, iuxta præscripta, & illud Lucæ : Qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit. Qui ergo impleuerit mandata su periorum, vel regulæ, vel statutorum, dicitur saluari per euangelium: quia euangelium in generali, hoc docuit. Cognitio igitur horum est necessaria. Non nulli vero (quod deflendum est) auertunt se à studio necessariorum, & ad curiosa se conuertunt & nociva quorum præsumptio inexcusabilis est. Legunt scri pta Gentilium, & Poetarum, & hæreticorum, vt poe tice & ornate loqui discant, & ignorantes verum dis scernere à falso, vtile ab inutili, cum volunt docti videri, siunt (iuxta sententiam beati Petri Apo.) indocti & instabiles. Indocti circa credēda, & instabiles in vita & moribus, & arrepto proposito viuendi religi ose. Secundo offerre regi nostro Christo debemus orationem pro thure, quod satis cōgruit, iuxta illud: Dirigatur oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo, quod in huius figuram in veteri lege incensum dices batur offerri domino in odorem iuauitatis. Et est

Lucæ 10  
Saluari p  
Euangeliz  
um.

2. Petri. 3

Psal. 140

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol. 150

resgratissima deo. Quia per orationem homo deo reuerentiam exhibet, in quantum scilicet se ei subiicit, & profitetur orando se eo indigere, sicut auctoritate suorum bonorum. Est autem duplex oratio, singularis & communis. Singularis est q̄ offertur à singulari persona, siue pro se, siue pro alijs orante. De huiusmodi orationis necessitate non est quod sit vocalis, nisi fieri debet vocaliter ex debito, sicut soluuntur horæ canonice, & iniuncte pénitentiæ. Alias si mēs orantis sufficienter ad devotionem est parata, consutius agitur, quod voce s̄ intermittentur. Tunc orat mens, vt dicit Apostolus. Et cor, vt dicit Psalmista: Tibi dixit cor meum, exquisuit te facies mea. Vox vero tali orationi singulari adiungitur, vt mēs orantis non sufficienter parata ad devotionem extinetur. Augustinus inquit: Verbis & alijs signis ad augendum desiderium sanctum nosipos actius excitamus. Quod si mēs per talia impediatur, est a talibus cessandum. Communis oratio est, quæ per ministros ecclesiæ in persona totius fidelis populi deo offertur, & hanc oportet esse vocalem. Vnde institutum est, vt ministri ecclesiæ huiusmodi orationes etiam alta voce pronuntient. De hac oratione & modo pronuntiandi, siue cantandi habetur in Statu nostris, ad quæ vos fratres remitto, vt secundum ibidem ordinata vñusquisque se ordinet, quia obligamini (vñusquisque pro modulo suo) talem orationem cantando persoluere. Nec putemus nos grauari per orationes istas, sed à deo honorari. De quo Chrysostomus dicit: Considera quanta est tibi concessa felicitas, quanta gloria attributa, orationibus fabulari cum deo, cum C H R I S T O. Omiscere colloquia, optare quæ velis, quod desideras postulare. Tertio offerre debemus, p myrrha, extirpationē vitiorum secūdum monita Apo. Mortificate fornicationē, Coloss. 3.

Oratio duplex.

1. Cor. 14.

Psalm. 26.

August.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Psalm. 4

Iacob. 1

Philip. 4

immunditiam, &c. Passionum religationem, iuxta illud: Irascimini & nolite peccare, quia nisi refrenetur iustitiam dei non operatur ipsa ira. Bonorum mortuorum compositiōem, iuxta illud: Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Quæ tria indigent amara myrra mortificationis regi nostro domino Iesu Christo gratissima.

¶ Cuiusmodi sit fides purificans cor,  
& hæreticus an fidei donum habet. Exhort. XII.

**F**ide purificans corda eorum. Actuum 15. Hanc purificationem dixit beatus Petrus Apostolus factam Gentilibus per fidem, ut patet ex textu præallegato. Hac fide credimus fuisse purgata corda trium primorum ex Gentibus Christi adoratorum: Hocq; docet longissimè itineris suscepit perigrinatio, audax de noui regis ortu (præsente rege terræ) interrogatio, & diligens ac intrepida eiusdem indagatio. Gratia diuina per fidem purgavit intellectum eorum ab errore, affectum ab illicito amore, ut agnoscerent quæ in Christo est veritatem, & eiusdem diligenter bonitatem, nec ab inquisitione eius deficeret propter Herodis regis crudelitatem. Hæc innuit beatus Iohannes Chrysostomus super Matthēum, dicens. Dum considerabant Magi regem futurum, non timebant regem præsentem. Adhuc non viderant Christum, & iam parati erant mori pro Christo. Hac vero constantia Magorum Christum annuntiātium, præfigurabatur constantia gentium Christum usque ad mortem confidentium. Magi enim isti fuerūt primi, qui gentium in Christum credentium, in quibus ap̄paruit sicut in quodam præfigo fides & deuotio gentium venientium à remotis ad Christum. Quia ergo gentes initium fidei deuotionis, constantia atq; salu-

Chrysost.

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol. 137.

tis sumpserunt in tribus Magis, idcirco ecclesiæ gentium vocationis suæ initium cum maxima veneratiōne in p̄senti solennitate celebrant. Et quoniam h̄istoria plana & aperta est, placet considerare q̄modo fides purgat cor. In qua cōsideratione optet primo videre quid est fides. Fides inquit Apostolus, est substantia sperandæ rerum, argumentū nō apparentiū. Substantia solet dici prima inchoatio cuiuslibet rei, & maxime quando tota res sequens cōtinetur virtute in primo principio. Et per h̄uc modū, dicitur fides esse substantia rerum sperandarum, quia sc̄; prima inchoatio rerum sperandarum in nobis est per assensum fidei, quæ virtute cōtinet omnes res sperandas. Si enim nō crederemus futurā esse beatitudinē, & ea quæ ad illā requirūtur, nunq̄ ea speraremus, nec amaremus, nec ad eam bene operando tenderemus. Est itaq; fides Fundamē substantia vel fundamentū oīm virtutū, sine qua nihil virtutum subsistit in spirituali esse, & causat spem. Vnde dicit̄ omnium substantia sperandarum rerum. Per hoc vero ex- fides. cluduntur aliae res, quæ non debent sperari, vt sunt res mundanæ & temporales. Solae enim res in quibus consistit æterna beatitudo, vel quæ ducunt ad eam, debent sperari, quarum substantia vel fundamen- tum est fides. Dicitur etiam fides argumentum non apparentium, id est, probatio quod res speratae licet clare non appareant, existunt tamen in veritate. Vnde argumentum capitur hic pro effectu argumen- ti. Conclusio enim in omni scientia per proposi- tiones probatur vera, & hoc dicitur argumen- tum. Sic fides est argumentum fortissimum in ne- gotio æternæ salutis. Quando enim queritur, cur bona operaris, id est, peccata omittis? Responde- vere fidelis, quia credo quod per bona opera per- ueniam ad æternam beatitudinem, quam esse credo & credo quod mala opera demergunt hominem in æterno igne atque tormentis, quæ etiam esse credo.

Heb. 13.  
Fidei desis-  
nitio.

T

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Ecce fides tamquam fortissimum & irrefragabile argumentum : omnia probat credentibus . Per argumentum intellectus inducitur ad inhærendū alis cui vero . Vnde ipsa firma adhæsio intellectus ad veritatem fidei non apparentem , vocatur hic argumētum . Alia tamen litera habet conuictio : qua scilicet per autoritatem diuinam intellectus credentis conuincitur ad assentiendum his quæ non videt . Hæc diffinītio fidei per Apostolum descripta , est perfecta , quia fidem plene ab omnibus virtutibus intellectualibus distinguit . Per hoc enim quod dicitur argumentum , distinguitur fides ab opinione , suspitione , & dubitatione , per quæ non est prima adhæsio intellectus firma ad aliquid . Per hoc quod dicitur non apparentium , distinguitur fides à scientia & intellectu , & à sapientia , per quæ aliquid fit apparens . Per hoc quod dicitur substātia sperandarū refū , distinguitur virtus fidei à fide communiter sumpta , quæ nō ordinatur ad beatitudinē speratām . Omnes autē aliae diffinitiones fidei , explanatiōes sunt huius quæ Apostolus ponit . Scriptura q̄ppe sancta nō vtitur distinctionib⁹ , nec distinctionibus , nec terminis p̄prijs sicut philosophi , & nostri doctores , quæ multū confert ad facilius quęq; intelligēdā . Quia obscuritas scripturę exercet ingenii fidelium , & auget meritū fidei , & ab Ethniciis & irrisoribus , atq; indignis sacramenta diuina abscondit , ne vilipēdātur . Ex p̄dictis habet certitudo fidei , quæ tāta est q̄ cogit intellectū assentire his quæ non videt : imo q̄ facultatem suā atq; naturā excedūt . Certior est fides prudētia & arte : quia illa sunt circa contingentia , fides vero est circa æternā , quæ non contingūt aliter se habere , sicut contingentia . Est etiam fides certior sapientia , & scientia , & intellectu : q̄a ista innitūt rationi humanæ , fides yō innitūt prime infallibili veritati , quę est diuina . Vnde dicit diuīnus Iohannes , de diuīnoib⁹ : Fides est

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol. 11r.

circa simplicem & semp existentem veritatem. Fides etiam certior est tribus p̄fatis, sc̄ sapientia, scientia & intellectu, quando accipitur ut dona spiritus sancti quia tunc p̄supponunt fidem ut principium cui cooperantur. Tamen quo ad nos, & secundum quid p̄dis. Et tria sunt certiora fidei virtute, ex pte subiecti, qd est intellectus humanus, qui plenius consequit ea que subsunt rationi humanae q̄ reuelationi diuinæ alijs factæ. Est ergo fides certa, quia credita sunt æterna, q̄ aliter se habere non possunt, quia sunt diuina, vel ad illa conducūt, & infallibilis veritas illa reuelavit Apostolis & Prophetis. Sed hic oritur grauis questio. Quis enim certificabit nos ut credamus Apostolis & prophetis talē factam certitudinem, nec etiā nos vidimus miracula quibus deus testimoniu dedit reuelatiōib⁹ suis, & quibus cōuincitur animus ad p̄bēdū assensum eo q̄ deus falsus testis esse nō potest? Huic questioni erit sic respōdēdū: Ad assensum hois in ea quæ sunt fidei, potest cōsiderari duplex causa. Vna qdē exteris inducēs, sicut miraculū visum, vel psuasio hois inducētis ad fidē, q̄z neutra est sufficiens causa. Videntium em vñ & idem miraculū, & audientiū eandē p̄dicationē, quidam credunt & quidā nō credunt. Et ideo oportet ponere aliam causam interiorē quæ mouet hominem interius ad assentendum his quæ sunt fidei. Cum enim homo assentiendo his quæ sunt fidei, eleuetur supra naturam suam, oportet quod hoc insit ei ex supernaturali principio interius mouente, quod est deus. Et ideo fides, quantum ad assentendum (qui est principalis actus fidei) est à deo, interius mouente per gratiam. Et istud testatur Apostolus dicens: Gratia estis saluati per fidem & hoc nō ex vobis. Dei em̄ donū est nō ex operibus, vt ne q̄s glorieſ Nisi em̄ intus deus operetur, inuanū foris laborat verba doctoris secundū Grego. Sic Thessalo, verba doctoris receperunt, ut dei intus loquentis. Vnde ait Gregorii:

Eph. 26

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

1. Thess. 2 Apostolus. Cum accepissetis à nobis verbum audity dei, accepistis illud non verbum hominum, sed sicut est vere verbū dei. Tanta em̄ deuotioē receperunt verbū, ut p̄bat ē se intellexisse dei esse doctrinā. Huc interiorē motū potest deus facere, etiā sine exteriori ministerio docentis; sicut patuit in egregia martyre & virgine Barbara, nostra matre & patrona. Item in sancto Theophilo, q̄ acceperit interiorē dei verbo, cū à iudice interrogaretur, vbi & q̄n factus esset Christianus, respōdit: Ea hora qua Christū confessus credidi, sensi me Christianū effectū. Hoc donū pseuerat in homine, etiā si amittat charitatem & gratiā gratū faciēt. Et tūc vocat fides informis, sicut & ceterū virtutes informes sunt sine charitate. Vñ q̄dē em̄ per suā formā operat, fides vero operat p̄ charitatē (vt ait Apost.) ergo charitas est forma fidei, pulchritudo & vita eius oīm̄q; y tutū. Hoc vero donū fidei nō manet in heretico, q̄ formalis tē fidei nō manet in eo & ideo definit in eo fides. Formalis vero ratio fidei, est veritas prima, secundū q̄ manifestat in scripturis sacris, & doctrina ecclesiæ q̄ scz doctrina procedit ex veritate prima. Vñ q̄cūq; nō inhāret, sicut infallibili & diuinę regulę, doctrinę ecclesię, q̄ procedit ex veritate prima in scripturis sacris manifestata, ille nō habet habitū fidei, sed ea q̄ sunt fidei alio modo tenet, q̄ p̄ fidē. Sicut si aliq̄s teneat mente aliquā cōclusiōem, nō cognoscens mediū illi⁹ demonstratiois; manifestū est q̄ nō habet ei⁹ sciētiā, sed opinionē solū. Manifestū est aut̄, q̄ ille q̄ inhāret doctrinę ecclesię tāq; infallibili regulę, oībus assentit q̄ ecclesia docet: alioquin si de ihs q̄ ecclesia docet, q̄ vult tenet, & quā nō vult, nō tenet nō iā inhāret ecclesię doctrinę sicut infallibili regulę sed proprię voluntati. Et sic manifestū est, quod hæreticus est q̄ p̄tinaciter discredit vñ articulū fidei & nō est parat seq̄ in oībus doctrinā ecclesię. Si em̄ nō p̄tinaciter discredit iā nō est hæreticus sed solū errans.

Mnde manifestū est, q̄ talis hæreticus circa vñū arti-  
culū, fidem non habet de alijs articulis, sed opiniōem  
quādā secūdū propriam voluntatem. Hæreticus ergo  
non habet fidem, sed est infidelis. Ex dictis manifeſte  
patet, q̄ nō licet fidelibus secūdū eoz voluntates scri-  
pturas exponere, sed debent se seruare intra regulas  
doctrinæ ecclesiæ, & sanctorum atq; catholicorum patrum  
quoz doctrinas mater ecclesia recepit, nec valet q̄ p-  
ueri obijciunt: Fuerunt homines sicut nos. Quia eti-  
fuerunt homines, tamē meliores vobis, vtpura spiri-  
tū deihabentes ad expōendū à dōto dataſ ſcripturas  
Maxima superbia est extollere ſe yltra tales patres,  
vel ſe eis egparare. Ideo iuste à dōto tales superbi re-  
linquuntur errantes, & in errorem mittentes, vt ait A-  
postolus. Ecclesia vero dī viui est colūna, & firma-  
mentum veritatis, vt idem ait, Contra cuius ſenten-  
tiam non licet ſentire, nec prophetiam, nec reuelatio-  
nes recipere. Qui non eſt (inquit Paulus) diſſentio-  
nis deus, ſed pacis. Propter hærelim quam (iuxta Matth. 18  
ſententiam Pauli) oportet eſſe, (ſicut iuxta ſen-  
tentiam domini, neceſſe eſt vt ſcādala fiant) mul-  
ti C H R I S T I A N I T A T I S nomen habēt uſ.  
ſed Christianitatis non habent fidē, vt inquit G R E  
G O R I V S, quia multi perditissime viuunt, & me-  
rentur q̄ donū fidei eis subtrahitur. Et nūc manifeſ-  
tissimum eſt videre, quām innumerabiles homines  
a fide defecerunt. Idcirco neceſſarium eſt valde ro-  
gare deum in hoc tempore tentationis perfidiæ, ne  
a fide deficiamus, ſed magis in nobis fides firmetur  
& augeatur per maiorem certitudinem in intellectu,  
& maiorem promptitudinem ſeu deuotionem, vel co-  
ſidentiam in voluntate. Sic enim potest fides augeri  
ſed non ex parte obiecti fidei, quæ eſt prima veritas,  
quia fides eſt vna in omnibus, ſicut vnum baptisma.  
Hæc fides eſt primum principium purificationis cor-  
dis, qua purificatur impuritas erroris: etiam fi

2. Tim. 3.

1. Tim. 3.

1. Cor. 1. 4.

1. Cor. 11.

Matth. 18

Lucæ 17.

Gregori-

ti C H R I S T I A N I T A T I S nomen habēt uſ.

ſed Christianitatis non habent fidē, vt inquit G R E

G O R I V S, quia multi perditissime viuunt, &amp; me-

rentur q̄ donū fidei eis subtrahitur. Et nūc manifeſ-

tissimum eſt videre, quām innumerabiles homines

a fide defecerunt. Idcirco neceſſarium eſt valde ro-

gare deum in hoc tempore tentationis perfidiæ, ne

a fide deficiamus, ſed magis in nobis fides firmetur

&amp; augeatur per maiorem certitudinem in intellectu,

&amp; maiorem promptitudinem ſeu deuotionem, vel co-

ſidentiam in voluntate. Sic enim potest fides augeri

ſed non ex parte obiecti fidei, quæ eſt prima veritas,

quia fides eſt vna in omnibus, ſicut vnum baptisma.

Hæc fides eſt primum principium purificationis cor-

dis, qua purificatur impuritas erroris: etiam fi

DOMINI PETRI LEYDIS CARTHVS.

Fuerit informis, quæ secum compatitur impuritatem affectionis, sed quādo per charitatem formatur, tūc nullam impuritatem secum compatitur deum excus dentem: quia (vt dicitur in Proverbijs) vniuersa delicta operit charitas. Hanc fidem formacan concedat nobis meritis sanctorum regum Magorum Iesus Christus dominus noster, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat vnuis incommutabilis deus, per omnia secula seculorum: Amen.

Prover. 10

DE CHRISTI PASSIONE & resurrectione.

Titulus quartus.

Gaudium Mariæ de consummata passione resurrectioneque Iesu, sui & ecclesiae filij. Exhortatio I.



Vñscit mihi si filius meus viuit, vadam vt videbo eum. Genesi. 45. Diléctissimi fratres (sicut nostis) verba bahēc sunt ipsius patriarchæ Jacob lamentantis super filium suum viuentem & regnante in magna gloria quem tamē quasi mortuū ante lugebat. Translumptiue tamen hic allegantur, vt ipsius sint verba matris ecclesiae, cuius nobilissimum membrum p̄iissima dei genitrix existit, quæ suum vñigenitum filium dominum nostrum Iesum Christum in passione sua amarissime defluerat, tam in carne quam in spiritu: & ecclesia dei, tanquam suum filium in spiritu, & hodie na solennitate rediuius gaudebat. Quod vero Christus dominus filius est ecclesia, ipse testatur dicens:

Matt. 23

Quicunque fecerit voluntatem patris mei qui in celis est, ipse mea mater est. Ecclesia autem sancta generaliter, & membra eius viua singulariter voluntatem patris faciunt. Ergo ( secundum Ambrosium ) & si secundum carnem una est mater Christi, omnium tamen fructus est Christus. Et manifestum est quod filius familias à familia domus eorum filius appellatur, dicunt enim, filius noster venit, filius noster facit hoc vel ille Iud: Iuxta Apostolum autem Christus dicitur esse tantum filius in domo sua, quæ domus sumus nos. Talem se dominus maiestatis sub nominibus charitatis atque dulcedinis nobis seruis suis præbet præ dulcedine affectionis & pietatis suæ. Igitur sicut diebus præcedentibus passionem & mortem Christi deplo- rauit mater ecclesia, & præcipue dei genetrix: ita nunc de resurrectione eius gloria per amplius gaudet & magis quam si hunc suum filium nunquam amisisset. Ait enim beatus Augustinus: quod necesse est, quod animus de re perdita & reinuenta plus gaudeat, quam de re ipsa semper possessa, & nunquam amissa. Amor enim vis est unitiva, faciens de amante & amato unum, cui unitio delectatio comes iungitur. Si vero amatum tollitur, talem separationem tristitia comitatur. Et rursum. Refricatus animus si amatum amissum inuenierit, nedum de amato habito gaudet sicut prius, sed insuper de expulsione tristitiae (quam conceperat de amissione amati) lamentatur: & super haec etiam de novo modo habendi amatum, scilicet per inuentionem perditum, ardentius exultat: Ad propositum. O quantum gaudebat mater ecclesia, & præcipue mater domini de aduentu domini saluatoris in carnem. Quod utique in numeris scripturæ testimonij posset probari. Ipse siquidem est expectatio gentium, & desideratus eorum. Gaudium unitus terræ, lumen ad revelationem gentium, & gloria plebis Israel,

Matth. 19.

Ambroſi.

Hebræs

August. I

Amor qd.

Genesi. 49

Hage. 2

Lucæ. 2

AD PETRI LEYDIS CARTHVS.

eui Israeli dicitur: Exulta satis filia Sion, iubila filia  
Hierusalem. Ecce rex tuus, id est Christus venit tibi,  
&cæt. Et rursum: Hierusalem surge & sta in excelso,  
& vide iucunditatem quæ veniet tibi a deo tuo. Et  
mater dñi singulariter ait: Magnificat anima mea  
dominum. Et exultauit spiritus meus in deo salutari  
meo. O quam suauis odore bona opinio[n]is resper[er]et  
rat omnem terram, quando ipse filius dei & Mar[i]æ,  
idem & ecclesie, iuxta vaticinium Isaac, odorem des-  
derat suavatis sicut ager plenus, cui benedixit do-  
minus. O quam bonus odor, verbū caro factū est, &  
habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam  
quasi vniuersitati patre. Plenū gratiæ & veritatis.  
Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi, agnus im-  
maculatus & incontaminatus, qui peccatum non fecit,  
nec dolus inuentus est in ore eius, qui dilexit nos, et  
lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Qui ait  
peccatori: Dimittuntur tibi peccata tua. Vade iam  
plius noli peccare, vade in pace, nec austoritate satis  
factionis vsus est. Qui annuntiauit regnum celorum  
qui sanauit omnes languores, qui mortuos suscitauit  
& ex innumeris alijs factus est totus desiderabilis.  
Ecce gaudium de bono adepto, nondum amissio. Sed  
ecce hic tantus & talis, vna spes nostra, inuidis, o-  
diosis & impijs, petra scandali factus est, qui dixerūt.  
Circumueniamus Iesum, quia inutilis est nobis, &  
contrarius operibus nostris, impropriat nobis pecca-  
ta legis. filium dei se nominat, & gloriatur se deū ha-  
bere patrem, grauis est nobis ad videndum, temetemus  
quæ ventura sunt illi, contumelia & tormento inter-  
rogemus eum, & probemus patientiam illius, & mor-  
te turpissima condemnemus eum, factum est: Tristis  
facta est anima eius usq[ue] ad mortem, emisitq[ue] p[ro]p[ter] an-  
xietate sudorem sicut guttas sanguinis recurrentis  
in terram. Traditus, captus, ligatus, illulus, flagella-  
tus, crucifixus; mortuus est & sepultus, Ecce dolor

Zachar. 9  
Baruch. 4

Lucæ 1

Genes. 23

Iohann. 1  
Ibidem.  
Isaiae 53

Apocal. x  
Lucæ 7

Iohann. 3  
Sapientia

Sapi. 2.

Matth. 26  
Lucæ 22

DE BON. DIVINA LIB.II Fol. 155

de amissione bono. Sed hodie triūphator resurrexit, ite-  
ger, gloriōsu;, imo: talis, impassibilis, in melius cōmu-  
tatu;, vīctor mortis, destructōr inferni, & perpetuus  
saluator. Ecce gaudium nouum de bono reinuēto.  
Haber igitur eundem dominum Iesum mater ecclesia  
quem primo habuit. Insuper à tristitia absoluta est,  
& nunc demum habet ipsum à nouo etiam immorta-  
lem. Funiculus triplex difficile rumpitur: & gaudium  
hoc nemo tolleret à nobis usq; in finem. Igitur quid  
putamus fratres mei gaudiū habuerit mater Iesu me-  
tissima, dum eum prima rediviuūm sola vidit, & fa-  
miliarissime alloquebatur, cū & de ecclesiæ filijs, imo  
principibus scriptum sit: Gauisi sunt discipuli, viso  
domino? Merito dicere valebat omnis qui amabat,  
& dominum resurrexisse audiebat: Sufficit mihi si fi-  
lius meus viuit, vadam & videbo eum, ne dum viue-  
tem ut prius sed etiam gloriosum potētissime regnā-  
tem, cui data est omnis potestas in celo & in terra.  
Et nos dilectissimi, vt paticipes esse valeamus tanti  
gaudiū, & gustare suavitatem præsentis solennitatis  
& domino Iesu gloriose glorificatori nostro veraci-  
ter congaudere, & tandem exemplo suo, & merito  
cum glorificato copore à mortalitate & passibilitate  
exterisq; malis exonerato, æternaliter cum ipso præ  
dulcissimo domino nostro Iesu Christo victuri & re-  
gnaturi (vt dixi) valeamus resurgere, studeamus ipsi  
condolere, quia scriptum est: Si compatimur, & con-  
glorificemur. Manifestum est autem quod condole-  
re non possumus veraciter & ex animo, nisi ipsum  
congnouerimus & dilexerimus, & imitati fuerimus.  
Secundū enim mensuram horum trium erit & com-  
passionis modus. Et in his consitit voluntas dei pa-  
tris, quam adimplentes titulo maternitatis Christi  
nobilissimo insigniemur, cui singuli quasi vnicō filio  
compatiemur, & faciemus planctūm quasi super vni-  
genitū. Ex quo quasi in prælo exprimetur vinum

T 5

Eccles. 4  
Iohan. 16

Iohan. 20  
Genesi. 45

Matth. 28  
I. Petri. 2

Roman. 8

Ierem. 6

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

**Psalm .xxv** iucunditatis & iubilationis . Quo sobrie hausto, a-  
cuetur ingeniuū (vt ait Philosophus) & illico iluces-  
**Tit. 2.** cet nobis dies nouæ lucis, dies quam fecit domi-  
nus Iesu claritate resurrectionis suæ. Dies in qua exulta-  
bimus & lætabimur, expectantes beatā spē & aduentū  
glorij magni dei Iesu, q̄ reformabit corpus humilita-  
tis nostrę, configurati corpori claritatis suæ. Igitur  
vt tanta gaudia & bona cōsequamur citius, dilectissi-  
mi scrutemur studiofissime quis sit dominus Iesu, os-  
mibus alijs superfluis, curiosis ac inutilibus occupa-  
tionibus abiectis, redimentes tempus. Contrahamus  
cum ipso veram amicitiam & familiaritatem, quod  
facillime fiet, non eñi subtrahit se, nisi à ficto, sed de-  
litias suas, & amicitias voluit esse cum filiis homi-  
num . Pronior est enim ad dandum, quām nos ad re-  
cipiendum. Et hoc verum est, si fuerimus bona vo-  
luntatis, & eum imitari voluerimus . Idcirco pro-  
pter eñi occidamus in nobis peccata, religemus nos-  
tras passiones, moriamur concupiscentijs & deside-  
rijs carnalibus & secularibus, sobrie vtamur creatu-  
ris pro necessitate nostra . In laudem dei, & in omni  
suo beneplacito iugiter nos exerceamus, auertentes  
ab oī qđ ppendere poterimus sibi displicere: & illumi-  
**Hebr. 6.** nabimur & gustabimus donum cœlestis, id est, patrē  
& bonum dei verbū, id est filium, virtutesq; venturi  
seculi, id est, spiritū sanctum, in qbus beatitudo consi-  
**Iohann. 17** stit, dicente domino Iesu ad patrem: Hæc est vita æ-  
terna, vt cognoscant te solū deum verū, id est patrem  
& filium & spiritū sanctum: quia dictio solum vel so-  
lus addita vni personę respectu termini essentialis in  
diuinis, nō excludit alias personas, sed potius inclus-  
dit. Trinitas enim est unus deus. Et subdit: Et quem  
misisti Iesum Christum, hoc non est de eius humanis-  
tate intelligendum essentialiter, sed tantummodo ex  
consequenti: quia ipsa est instrumentum introducens  
nos ad beatitudinem principalem,

**P**assio Christi ac resurrectio quomodo  
beatissimam Mariam atq; filios eccl  
siæ lœtificauerunt, signaq; spiritu  
alis resurrectionis. Exhort. II.

**S**urrexit dominus vere. Lucae vigesimoquarto.  
Dies afflictionis & tristitiae domini nostri Iesu  
Christi, atq; p̄iissimam matris suæ Mariæ, nec nō  
& omnium eum diligentium transferunt, in quibus  
& nos pro modulo nostro condoluiimus, & afflicti fu  
imus. Modo illuxit dies gaudij & gloriae domini, &  
oīm suōg, in quo & nos h̄ę par tem habemus  
ut sicut fuimus locū mortoris, ita & nunc sumus socii  
tubilationis. Ecce hodie veraciter dici potest trāsum  
priue illud 2 libri Macchabæorum. Tempus affuit, q̄  
sol refulsi, qui prius erat sub nubilo. Ipse enim sol iu  
stitia Christus, qui in passione fuit sub triplici nubi  
lo, scilicet mortalitatis, quoad corpus, passibilitas  
tis, quoad animam, & multiplicis penalitatis, quoad  
vtrumque. Hodie de isto triplici nubilo exiuit, et  
in mundo refulsi. Nam corpus eius induit immortalitatem, anima impassibilitatem, & vtrumq; omnis  
modam gloriam & felicitatem. Vnde Leo papa ait: **Leo pape**  
Post passionem Christi, ruptis mortis vinculis, insir  
mitas in virtutem, mortalitas in immortalitatem,  
& contumelia transiuit in glorias. Et cum mestissima  
mater Iesu Maria tota lachrymis infusa, atque mē  
rore confecta circa horam resurrectionis dominicæ  
anxie a nelaret videre rediuium filium dei, & eli  
dem suum filium, quem ab hora passionis sua us  
que in illam horam deplorauerat, subito ( ut pie cre  
ditur) venit in eam inconsueta lœtitia, & indicibilis  
dulcedo ac consolatio, ita ut nequirit amplius dole  
re. Vnde intra se excepit dicere: Vnde hoc mi  
hi? Nonne mortuus est filius meus? Est neforte

2. Corin. 8

1. Macch. 2

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

resuscitatus? Dic mihi o fili dulcissime, es ne tu ille q  
venis ad me? Quæ verba cum diceret, ecce apparuit  
dominus Iesus totus gloriōsus, associatus omnibus  
sanctis patribus quos extraxerat de limbo. Qui dul  
citer salutans beatissimam virginem matrem suam,  
eam amplexatus est, & mater osculata est dulcissimum  
filium suum. Tūc dixit illi saluator noster, teste egre  
gio doctore & poeta Sedulio: Salve sancta parēs, eni  
xa puerpa regem, qui colum terramq; regit, &cæ.  
Quam salutatiōne ecclesia dei in officio gloriōse vir  
ginis assumpsit. Poterat etiam saluator dicere suę ma  
tri: Resurrexi, & adhuc tecū sum. De hac apparitiōe  
dicit Bernardus doctor mellifluus, Nulla (scilicet fœ  
mina) fuit fruitionis gratia dignior, nulla expectatio  
nis desiderio feruentior, nulla deprecadī instantia  
vehementior, nulla apparēti intimior, nulla in toto  
orbe sibi charior, nulla in discurrendo cōuenientior,  
non tamen angelorum testimonium quārebat, nec  
iuit ad videndum. Non autem se potuisse continere  
quin ad sepulchrum curreret, audita eius resurrecti  
ōne, nisi omnia sciret. Hæc ille. Beata igitur virgo  
super omnes de fili⁹ sui passione afflcta, primo quoq;  
ab ipso filio consolata, poterat ei dicere illud psalmi  
stæ: Secundum multitudinem dolorum meorum in  
corde meo, consolationes tuæ lātificauerunt animā  
meam. Omnes etiam alij alumni Christi consolati  
sunt, vt notatur ex illo verbo: Gauisi sunt discipuli,  
viso domino. Et nos charissimi, exultemus & late  
mur in hac die, quam fecit dominus, cum domino Ie  
su & piissima matre eius, & cæteris sanctis, quia sur  
exit dominus vere, quam veritatem ipse dominus  
manifestauit testimonio & argumento: & vtraq; ma  
nifestatio in suo genere erat sufficiens. Est autem ve  
sus dupli testimonio, scilicet testimonio angelorū,  
& testimonio scripturarum quas ipse proposuit ad  
ostensionem sua resurrectionis, Et sua assertio fuit

Sedulius.

Bernard.

Psalm. 93

Iohan. 20

Psalm. 117

cofirmata miraculis. Hęc etiam fuerunt sufficientissima ad ostendendam veram resurrectionem, & etiā gloriosam. Argumenta autem, fuerunt multiplices manifestations, quas euangelistę describunt. Et nos ut gaudium resurrectionis Christi sentire valeamus debemus satageret testimonia & argumenta habeamus sufficientia, ad ostendendam veram spiritualē resurrectionem. Propterea enim venimus ad religionem. Primum testimonium Christi fuit ipsius angelii & nostrum testimonium erit infallibilis nuntiū, scilicet conscientiae non neglectae, sed bene ornatae & exercitatae, & exultatae in præsentia rationis & syntesis. Ratio dictat & indicat bonum faciendum, & malum dimittendum, unde forma conscientia, & syntheses (quæ est scintilla conscientiae) stimulat voluntatem, ut meliora, vel quod indicatum est, exequatur Secundum testimonium, erit testimonium sacræ scripturarum, & assertio Christi. Ipse enim ait: Si vis ad vitam ætidam, resurrectionem, ingredi, serua mandata. Qui viuit secundum legem dei in virtutibus theologicas, & secundum dictamen recte rationis in virtutibus moralibus, hic vere resurrexit & viuit, & probatus est, quia a deo commendatus. Argumenta vel signa resurrectionis veræ in Christo fuerunt diuersæ apparitiones. Experiebantur enim & videbant diuersæ personæ veraciter dominum resutrexisse. Sic spiritualiter resurrectionem videre merentur, qui hoc in se inueniunt quod illæ personæ figurabant. Prima vident mater Christi. Dicit ipse dominus: Quicunque fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse mater mea est. Qui ergo sentit in se zelum diuini amoris & iustitiae ad exsplendum diuinam voluntatem, nedum in se, sed etiam in proximis, ut Christus formetur in eis, & hoc exemplo exequitur & verbo, hic duplice honore dignus est, & videt Christum cum gloriam in iubilo. Vident Maria Magdalena, id est, vere

Matth. 28  
Marci 16  
Lucæ 24.  
Ioh. 20, 23

Conscientia Syntesis  
reflex.

Matth. 19

Matth. 18

1. Timo. 5  
Iohan. 20

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

p̄nitens. Vedit Simon, id est, obediens, & idem Petrus, id est veraciter se agnoscens. Viderunt tres sancte mulieres, i. intelligentia, voluntas vel affectio, & memoria, quando sc̄z quis dignissim⁹ Christū agnoscit, & ipsi intime afficitur & diligit, & iugiter eius recordatur. Vedit Iacobus, i. supplantator vitorum. Vedit Paulus abortiuus, id est, vere humilis. Vedit Thomas, id est, diuinus a seculo & dño consecratus sicut adeps, id est, religiosus: Vedit Joseph ab Arimathia, id est, accrescens in virtutibus, & sine opprobrio, id est, vir bona famae. Viderunt discipuli, i. qui didicere runt a magistro Christo mititatem, humilitatem & charitatem. In hoc inquit, cognoscent omnes quod mei estis discipuli. Viderunt timidi, i. timorati. Viderunt clausi, i. solitarij. Viderunt discipuli in monte in Galilæa, i. vere contemplati & Carthusienses, qui commorant in monte contemplationis in Galilæa. Insuper Christus qui vere resurrexit, ostendit cicatrices, Sic qui vere resurrexit, ostendit cicatrices patientiae, castigationis, p̄nitentiae, mortificationis in corpore suo, sicut Paulus stigmata Iesu portabat, & Lucas iugiter in suo copore crucis mortificationem pro nomine Iesu portauit. Comedit pisces assūm Christus & fauum mellis. Sic qui vere resurrexit comedit, id est, cum desiderio sancto sumit corpus & sanguinem Christi, cui incorporatur & delitiose gustat quam suavis est memoria passionis sue humanitatis & fruitio sue diuinitatis. Ostendit Christus manus & pedes, & latus, sic qui spiritualiter resurrexit, ostendit bonas affectiones proximis cum exhibitiōne operum, in lata charitate. Præbuit se palpabilē. Sic qui spiritualiter resurrexit, permittit quod vulnera sua, id est, defectus sui tangantur & arguantur recipit correptiones & informationes. Sed quidam habent morbum qui dicitur apud Physicos: Noli me tangere. Hi non sustinent quod per reprehensiones

**x. Cor. 13**

**Iohan. 20**

**Iohan. 33**

**Galat. 6**

**Lucæ 24**

**Psalm. 33**

**Iohan. 20**

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol. 158

tingantur, sed murmurant & indignantur, & claman-  
t. Hoc est valde malum signum resurrectionis  
ad nouam vitam. Et si omnes decet recipere frater-  
nas & charitatiuas monitiones, tamen maxime de-  
cet nouiter conuersos ad religionem audire magis-  
istros & seniores. Quod vero Christus dixit Mag-  
dalene: Noli me tangere, præter mysterium, signat  
etiam quod quandoque aliqui non sunt corripiendi,  
maxime prælati, nisi seruatis debitum circumstantijs.  
Dominus Iesus pacem fratribus suis totus ipse paci-  
ficus nunciauit, dicens: Pax vobis. Sic qui spiritua-  
liter vere resurrexit, cum suis fratribus in verbis, in  
factis, in conuersatione pacifice conuersatur, omni  
studio cauet ne quem offendat. Sed vere plene hoc  
facere non potest, nisi qui in seipso pacificus est. O  
qualis est pacificus in seipso, qui iam obtinuit victo-  
riam vitorum, emendationem morum, religatio-  
nem omnium passionum, ne limites recte rationis ex-  
cedantur? Fratres quid puratis sentit, qua pace fruitur,  
circa illecebras carnis, qui iam carnis victoriam obti-  
nuit? Videt mulieres, tāgit, conuersatur, loquitur, nil  
inhonestum tamen sibi in mente occurrit. Sic tractat  
omnia quæ ad illam temptationem spectant, quasi nō  
tractaret. Sic fit etiam circa cibum & potum, ex desiderio  
non comedit, sed ex imperio rationis, & attin-  
git medium virtutis, comedit & reficitur, nec labo-  
rat, medium virtutis non est punctus. Circa hoc  
quidam nostrarēs & indiscrete abstinentes, nec me-  
dium virtutis obtinent, laborant & deficiunt, nec  
pacem habent. Est vero maximum gaudium hæc  
pax, & præcipue pax dei, quæ exuperat omnem sen-  
sum. Et tales norunt pacifice cum fratribus suis  
conuersari. De hac statui singulariter loqui, sed  
iam non possum, forte in alia collatione faciam.  
Christus ascendit in cœlum. Et qui spiritualiter  
surrexerunt, quæ sursum sunt querunt & sapiunt,

Iohan. 20,

Ibidem.

Philip. 4

Coloss. 1

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

non quæ super terram. Dicit doctor sanctus ubi supra, & licet singula argumentorum non sufficerent ad manifestandum Christi resurrectionem, tamen oia simul accepta, perfecte Christi resurrectionem manifestant, maxime propter scripturæ testimonium, & angelorum dicta, & etiam ipsius Christi assertionem. Sic etiam licet singulæ virtutes prænominatæ nō sufficiunt ad demonstrationem veræ spiritualis resurrectionis, tamen omnes simul sufficiunt, maxime testimonium conscientiæ non erroneæ, & testimonium scripturarum, & Christi: quia non qui seipsum commendat ille probatus est, sed quem deus commendat.

1. Cor. 10

**H**alleluia quid significet, & quo pacto cum iubilo sit canendum.

Exhortatio III.



Alleluia. In hac iucundissima solennitate, quæ ob sui reverentiam secundum sanctorum patrum sententiam, inter cæteras obtinet principatum, sancta mater ecclesia frequentat & multiplicat Halleluia. Quapropter dignum duxi alii quid vel modicum insinuare charitati vestræ, quid si bi velit Halleluia, ne illud pretiosissimum utiliter nominetis, & inutiliter sine degustatione spirituali decantetis, quasi irrationales aues ad loquendum & cœtandum doctæ: Iuxta venerabilem Nicolaum de Lyra, super psalmum 104. Halleluia primo inter cæteros psalmos intitulatum, sunt duæ dictiones hebraicæ Halelu ia. Et est Halelu idem quod laudate, ia de um. Idem dixit mihi dominus Victor hebreus. Cæterum ecclesia dei vtitur Haleluia pro vñica dictione ut denotet potius quam significet affectum gaudii.

DE BONIS DIVINA LIB. III. Fol. 159

Spiritualis in laude dei, & sit vox exultationis & lætia  
 in tabernaculis iustorum, quæ delata est nobis de  
 frequentia curiæ regni colorum. Huic concordat eō  
 suetudo ordinis Carthusiensis, quia Halleluja non ut  
 hebræū, id est, Halelu trisyllabū, & Ia monasyllabum,  
 sed velut latinam & vnicam dictiōnē p̄ferimus in lis-  
 bro Apocalypsis sic: Et iterum dixerunt Halleluia. In  
 nūt igitur nobis Halleluja, affectum dulcedinis, iubila-  
 tionis & gaudi spiritualis ineffabilis & immensi in  
 laude domini. Quod sit quando intellectus seu visio  
 & voluntas seu affectio occurruunt simul in cādore  
 & puritate super laudabili & sup amabili deo. Qñ eius Psalm. 84  
 plentia illuminat intellectus vt videat, & inflamat  
 affectum vt sentiat, & memoriam aperit vt audiat qđ  
 loquatur dominus, tunc sequitur Halleluia. Merito  
 talis iubilatio solēnitati debetur paschali, in qua luce  
 mirabili pfundimur, agnoscentes qđ gaudij & gloriæ  
 dño & salvatori nostro, amatori nostro, glorificatori  
 nostro, patri nostro sup dulcissimo, dño Iesu Christo  
 & suæ p̄fissimæ matri, sanctis in celis, in limbo, in ter- August 2  
 ris, totiq; humano generi præstitum est, vt dignissime  
 iubilare debeamus. De hac die ait Augustinus:  
 Pascha Christi, salus est mundi, regnum colorum  
 gloria superiorū, vita credētiū, resurrectio mortuorū  
 occasus inferni, contritio mortis,. Hæc est dilectissimi  
 mi dies quam fecit dominus, dies excelsior cunctis  
 & dulcior vniuersis, in qua dominus surrexit à mor-  
 tuis, in qua singulorum scilicet discipulorum mens-  
 tes gaudio & exultatione perfudit. Congruit igitur  
 congratulari C H R I S T O I E S V, & p̄fissimæ  
 matri eius & nostræ omnibusque sanctis, quemad-  
 modum condolimus præcedentibus diebus, & con-  
 tristati fuimus. Hoc enim & natura docet, quia dū  
 caput habet aliquod magnum gaudium, puta dum  
 coronatur in regnum, tunc congaudent omnia mēs-  
 bra. Quapropter A P O S T O L V S dicit:

D. PETRI LEYDIS CARTHVS:

Si patitur vnum membrum, compatiuntur omnia  
membra, si gloriatur vnum membrum, congaudent  
omnia mēbra. Vos autē estis corpus Christi, & mē-  
bra de mēbro. Sicut ergo fuimus socij passionis, sic  
simus & socij resurrectionis, p̄r iubilatione mentis  
cantantes Halleluia. Itaque fratres charissimi & de-  
siderantissimi gaudium meum, & corona mea in dos-  
mino, vbiunque sonare audieritis Halleluia, statim  
cor vestrum cum iubilo eleuetur in deum, secundum  
subiectam naturam, id est, secundum beneficium qđ  
narratur, scilicet post beneficium missæ dicatur: Ite

Philip. 4.

Ioha. 20.

Gene. 22.

Iaco. 4.

2. Ioh. 2.

missa est Halleluia, deo gratias, Halleluia, id est, cum  
iubilatione. Stetit Iesus in medio discipulorum suo  
rum, etiam ut credidimus, in medio nostrū Halleluia.  
Similiter per anni circulum fiat, vt quantum possis-  
mus Halleluia cum iubilo exprimamus. Vbi vero be-  
neficium nullum speciale recolitur, iubilandum est de  
præsentia dei, quæ nunq̄ nos relinquit, q̄ mundo cor-  
di suauissima est. Cætera per vos p̄sos inquirete & co-  
gitate. Occasionem dare volui pro modulo nostre  
exhortationis debitæ. Dixi supra qđ vox hæc Hal-  
eluia delata est nobis de frequentia curiæ regni cœ-  
lorum. Quia ergo Halleluia cum iubilatione cantare  
desiderat, diligenter inquirat qua occasione vel inci-  
tatione hæc vox formata fuerit. Primo formata fuit  
pter casum Babyloniaz, & mūdū designat ppter vos  
cū cōfusionē, qbus diuersis vitijs, peccatis & sceleris  
bus cōtra dei clamat. Oportet ergo, vt qui Halleluia  
cū iubilo frequentare desiderat, mūdus tot⁹ in eo ca-  
dat. Quia mentis iubilatio, & mūdi delectatio legem  
contraria habent. Ideo vna posita, alia amouet. Vnde  
ait apostolus Iacobus: Nescitis, q̄ amicitia huius mū-  
di inimica est deo? Quicunq̄ ergo voluerit esse ami-  
cus seculi huius, inimicus dei constituetur. Et aposto-  
lus Iohannes cōsulit dicens: Nolite diligere mūdū neq;  
ea q̄ in mūdo sunt, q̄niā si q̄s diligit mundū, non est

DE BON. DIVINA LIB. II. Fol. 160.

charitas patris in eo . Ergo talis non potest iubilare  
deo, dicēdo Halleluia. Sed vos charissimi, corporalit  
& exterius mundū reliquistis, & vobis cū cantauimus  
Halleluia: tamen hoc non sufficit ad perfectā iubilati  
ōem, gā vt in Apocalypsi dicitur: Et iterum dixerūt Apoc. 39  
Halleluia, eo q̄ deus iudicauit de meretrice magna q̄  
corrupt terram, & quia vindicauit deus sanguinem  
seruorum suorum. Oportet ergo quod omnes nequis  
tias mūdi iudicetis cū deo, & occidatis, luxuriā, mōs  
litēm, comedationes, ebrietates, superbiam, inanem  
gloriam, inobedientiam, impatientiam, iram, odium  
inuidentiam, animositates, & si quā sunt huiusmodi  
secularia peccata secundū prudentiā seculi & carnis,  
ne sitis de numero eorum qui cū fugissent in eremū,  
seminauerunt agros & plantauerunt vineas, & fece  
runt fructum nativitatis : hoc est , cum fugissent de  
seculo in eremum, de eremo rursus fecerunt seculū.  
Contra quos dicitur in Numeris : Si nolueritis ha  
bitatores terræ interficere qui remanserint, erūt vo Num. 33  
bis quasi clavi in oculis, scilicet ad excæcandum in  
telligentiam, & quasi lanceæ in lateribus ad mortifi  
candum conscientiam. Sic fit prohdolor in pluribus  
religiosis, qui colunt in terra promissionis, & in dos  
mo dei idola, id est, peccata carnis & seculi. Propterea  
manent excæcati & peruersi, ejiciendi finaliter de ter  
ra optima, quā dedit eis deus patrum ipsoꝝ . Afferit Apoc. 19  
se Iohannes apostolus audisse Halleluia post vocem  
a quarum multarum. Qui ergo vere iubilare voluerit  
Halleluia, abluat peccata sua inundatiōe lachrymæ Iere. 9.  
& pœnitentia . Et iterum postquam ceciderunt se  
niiores viginti quatuor ante animalia quatuor & ado  
rassent dominum, audiuit Iohannes Halleluia . Vo  
lens ergo perfecte iubilare deo Halleluia, humiliet  
se deo, latrā colat, suppliciter oret & expostulet,  
& dabitur ei ab eo qui dat omnibus affluenter Iac. 1.  
& non impropereat. Sed quid dabitur ei qui

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Rat in oratione quasi irriteret deum, ridendo, fabula  
do, circūspiciendo, se volūtarie distrahendo, alios ir  
ritādo, & ad leuitatem prouocando, vel saltē non  
laborando, sed dormitando, cum dominus dicat:

**Ierem. 48** Maledictus qui facit opus domini negligenter! Et  
**Bernard.** Bernardus: Omnia quæ ibi scilicet in diuinis dicun-  
tur, vñq; ad vnam literam te noueris pro certo debi-  
torem, vel dicēdi in tuo choro, vel audiendi in alio,

**Tobit 13** In Tobia legitur, quod ex lapide candido & mūdo  
omnes plateas Hierusalem sternentur, & per omnes  
vicos eius cantabit halleluja. Hoc impletur in viris  
perfectis, qui habent intelligentiam candidam, & af-  
fectionem mundam: & ideo per omnes vires animæ  
jubilant halleluja in via, & æternaliter in patria. Ad  
hanc puritatem ex voto tendere tenemur: Nemo ne-  
gligat. Omnes charissimi nitamus simul, vt hic gustu-  
re valeamus quam suavis, & imperpetuum, quam fel-  
ix est dominus, quatenus cum omnibus perfectis &  
beatiss decantaremereamur: Halleluja.

**Psalm. 33**

**2. Petri, 2**

**¶ Tres Mariæ, vnguentaque quibus  
dominum vxerunt, quid nos do-  
ceant. Exhortatio III.**



Aria Magdalæ, & Maria Iacobi, &  
Salomæ, emerunt aromata, vt venien-  
tes, vngerent Iesum Marci vltimo. Ma-  
nifestum est quod factum istarum sœ-  
minarum ostendit magnum effectum  
earum ad dominum nostrum Iesum Chri-  
stum. Absorptæ enim amore ipsius iam mortui & se-  
pulti, non timebant corpus mortuum, nec tenebras  
noctis, nec armatos milites hostes Christi, & ipsum  
amantium, nec cogitauerunt deingenti falso aduo-  
luto ad ostium, sed constanter venerunt valde mane-

Vnguentum Iesum. Quid factum merito nos mouere debet, & affectum amoris in nobis inflammare ad amoris obsequia impendendum domino Iesu, nō iā mortuo & sepulto, sed melioris conditionis existenti, viuenti, & regnanti in cœlis. Vnde venerabilis Be Beda da ait: Sicut quod valde mane mulieres venerunt ad monumentum, iuxta historiam magnus fers uor charitatis ostenditur: Ita iuxta intellectum mysticum nobis datur exemplum, ut illuminata facie, discussisq; virtiorum tenebris, odorem bonorum operum domino, & orationum suavitatem studeamus offerre. Sciendum autem quod tres sunt status saluatorum, per istas Marias designati, scilicet, penitentium, proficiuntium, & pectorum, secundum quoque statuum diueritatem, diuersa obsequia charitatis Christi Iesu impenduntur. Maria Magdalena significat statum penitentium, quia Maria una interpretacione dicitur quasi amarum mare. Horum, scilicet penitentium aromata quibus comedere debent Iesum, sunt dolor cordis, pudor confessionis, & labor satisfactorius. De primo dicitur in Psalmo: Sacrificium deo spiritus contribulatus. Hoc vnguentum est deo gratis sumum, & magis quam sacrificium, ut patet ibidem. Debet autem hoc vnguentum colligi in horto cognitionis propriæ vilitatis. Nam dicit Ambrosius: Tanto quis amplius dolet, quanto se magis cognoscit. Et debet cōfici cum myrra & aloë, ut fecit Nicodemus. Sunt autem istae herbae amarae, & designant quod contritio debet esse cum amara dilectione peccatorum quatenus purgare & conseruare possit hominem à corruptione omnis peccati. Secundum vnguentum penitentium est oris confessio. Hoc autem vnguentum confici debet de nardo collecto ex horto humilitatis. Est autem nardus herba parua, & valde odorifer: sic & humiliis confessio & suipius vilificatione valde placet deo, de quo Gregorius. Quanto quis Gregorius

Saluando  
rum statu

Psalm. 50

Ambroſi.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

ſibivilior, tāto deo charior. Hoc vnguentū sanat vulnera animæ. Isidorus: Confessio sanat, confessio iuſſificat, confessio veniam impetrat. Tertium vnguentum debet esse ſatisfactio operis, & debet confici de thure, quod est aroma redolens. Sic ſatisfactio valde redolet coram deo. Ideo ſcribitur in Luca: Facite fructus dignos penitentię. Ratio, quia dicit Gregorius

Isidorus.

Lucæ 3

Roman. 6

Maria Ia:  
cobi.

Iacobi 4

Roma. 12

Galatas 6

2. Cor. 11

Iob 30

Iacobi 5

Qui propria mala committit, necesse est ut per propriam poenam diluat. Thus hoc colligi debet in horsto propria voluntatis. Sicut enim peccauimus voluntaře, ſic & pœnitere & libenter ſatisfacere debemus.

Iuxta illud: Sicut exhibuistiſtis membra vſtra ſeruire immundicie & iniuitati ad iniuitatem, ita nunc exhibete membra vſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Maria Iacobi ſignificat proficiētes, eo quod Iacobus interpretatur ſupplantator. Sic & proficiētes debent ſupplantare peccata, & luctari contra illa. Et proficiens anima, inerito dicitur Maria, quia Maria syriaca dicitur domina. Necesse est enim proficiētibus dominari paſſionibus suis, & luctari contra tentationes & diabolum, iuxta illud Iacobi: Refiſſis te diabolo, & fugiet d' vobis.

Sciendum q̄ proficiētes debent habere trisplex vnguentum, quod debet confici ex amarissimis herbis collectis ex horto proximi, conſiderando vi deliceſt omnes defectus & miseras eius. Primo debet habere vnguentum cordis, id est, compassionem, ſicut docet Apoſtolus: Flere cum flentibus. Et iterum: Alter alterius onera portate. Itemque: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Et sanctus Iob ait: Flesham ſuper eo qui afflicitus erat, & anima mea compa tiebatur pauperi. Secundo debent habere vnguentum oris, proximum conſolando, inſtruendo, corrigen do, & exhortando ad ædificationem, ſicut ſcribit ſanctus Iacobus. Qui conuerſi fecerit peccatorem ab

errore viæ sua, animam eius saluabit à morte. Si viderint fratrem errantem, corrigerem debent. Iuxta illud: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum &ceter. id est, te sciente. Quod si ignarus fuerit, instruere debent eum. Quod docet Apostolus ad Galathas: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delito, vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Tertio debent habere vnguentum operis, scilicet, misericordiam in effectu. Vnde sanctus Iohannes ait: Non diligamus verbo & lingua, sed opere & veritate. Et hæc omnia aromata debent emi nummo charitatis, iuxta illud: Omnia vestra in charitate fiant. Maria Salome significat perfectos vel contemplati. Nam Salome interpretatur pacifica. Sic perfecti & contemplati, & CARTHUSIENSIS intra se pacifici (subactis vitijs) à tumultu seculi separati, solis coelestibus intenti sunt. Et merito signantur per Mariam, quæ alia interpretatione dicitur illuminata, vel illuminatrix, quia ipsi à deo illuminati, etiam ceteros illustrant. Hi vnguenta confidere debent de balsamo, id est, de omnibus beneficijs à deo collatis quia balsamum est gutta nobilissima. Sic sunt beneficia dei, præcipue quæ crescunt in horto saluatoris nostri Iesu, & inde confidere debent triplex vnguentum, scilicet cordis, oris & operis. Primum vnguentum cordis, est deuotio, quod valde placet deo. Vnde dicit CASSIANUS: Melius est deuotum in minoribus, quam sine deuotione in maioribus operibus inueniri. Deuotio autem est voluntas quedam promptetradendi se ad ea quæ pertinet ad dei famulatum. Deuotionis vero signa, ut sunt gestus, vel fructus, ut est dulcedo, non multum opus magnificant. Secundum est vnguentum oris. Et est gratiarum actio pro omnibus beneficijs

Matth. 18:  
Galat. 6

I. Iohann. 3

I. Cor. 16  
Maria Salome.

Cassianus

Deuotio  
quid.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Psalm. 102 diuinis. Psal. Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributions eius, imo nedum pro prosperis, sed etiā pro aduersis gratias agere debet proficiētes. Chrysostomus in tractatu de symbolis.

Admoneo vos ait, ut in omnibus benedicatis dominum. Si venerint mala benedicatis dominum ut dissoluantur, si bona, ut perseveret. Dicit etiam Cassius odorus super psal. Meliora meretur suscipere, qui collata bona in gratitudine probatur non amittere.

Tertium vnguentum est omnium horum perseverātia, ut in iis exercitijs bonis homo non frangatur tædio, nec statuat sibi terminum, sed semper tendat in melius, quia in spirituali profectu non est status. Nā ut dicit Augustinus: Vbi dixisti sufficit, ibi defecisti. In oblatione quoque hostia pacifice agnū offerri debuit cauda tota, ad designandum quod deum pacificat opus bonum & est meritorium. cū perseverātia

August.

Chrysost. Inquit Chrysostomus: Tolle perseverantiam, & nullum obsequium habet mercedem. De quo ait Gregorius: Incassum bonum agitur, si ante terminum vīta deseratur. Hoc vltimum vnguentum conuenit & necessarium est omnibus existentibus in aliquo prædictorum statuum. Et quicunque est in vno statu, nō omnino alienus est ab alio, quāq; principaliter circa exercitia vnius status studiū eius versetur, imo semper habet aliquid de alijs. Quam diu em in via sumus, non debemus statū penitentium postponere,

quia de cōmissis malis semper penitire oportet. Insuper etiā semper peccatores manemus. Quis em mundū gloriabitur se habere cor? Quia vero inter hoīes conuersamur, semper erit qd ipsi à nobis portent & qd nos portemus ab ipsis, qd defectuosi sumus omnes. Oportet etiam ut in virtutib; semper proficiamus, quod spectat ad statū secundū. Inhærere vero deo per dilectionis affectum, & iugiter vacare eius cōtemplatiōi, sume necessariū est (q̄ta humana ista

Job.

temporalis vita admittit) quia est finis omnium quæ agimus. & participatio beatitudinis in hac vita, in futura vero vita res nostra est.

**(De cicatricibus Iesu, ex quibus ve-  
luti libro intus & foris scriptio, amore  
eius ad nos legere debemus.**

**Exhortatio. V.**



Idete manus meas, & pedes meos,  
qua ego ipse sum. Lucæ 24. Ob recordationē immensi gaudij, qd virginea  
mater dei Maria habuit, quādo vni-  
cū supcharissimū filiū Iesum, crudes-  
sissime, & in sua plentia occidit, tu-  
nulatū, ab oibus desperatū, à se sola  
vero firme fide expectatū, rediuiū inspexit, alloque-  
bat, cōtrebat, & p imprecatiōe gaudij huiuscemodi  
& gratiæ, deuotissime eā salutemus. dicētes: Ave Ma-  
ria. Videte manus meas, &c. vbi supra. Charissimi dis-  
ces sanctificatus illuxit nobis, in q recordamur mors-  
tem absorptā, & vitā nobis restitutā æternā. Hæc est  
Psal. 119.  
dies quā fecit dñs, surge dō à mortuis vt merito læ-  
tari & exultare debeamus in ea, p magnitudine boni  
nobis collati. Ut autē de tanto bono certificaremur  
dignatus est dñs cōdescēdere nostræ infirmati, eā  
dē p multa vera resurrectiōis & nouæ vitæ signa &  
indicia erigēdo & modicā fidē humanę tarditatis aug-  
mērādo & roborādo, amoris q̄q tepiditatē accendē  
do & inflāmando. Inter cætera vero indītia illud p̄ci-  
pūt esse videtur, & omni iugiter deuotiōe amplectē-  
dū q̄ sc̄ quinq; vulnerum cicatricibus ornatum (cū  
quibus in cruce pepēdit) sese discipulis manifestauit.  
Per illā enim apparitionē nō solū fidē instruxit, sed  
etiā amorē excellētiss. insinuauit, q̄si diceret, q̄ facto  
exhibuit: Videte manus meas & pedes & legite in eis

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

& discite, atq; intelligite quantum dilexerim vos. Si  
ut sum foris confixus, ita sum vobis intus cōexus.  
Credite, & reamate. Hæc est potissima causa quare ci-  
catrices reseruauit. A signant tamen aliæ causæ. Qua-  
rum prima est, vt ostensa vulnæ cicatrice infidelis-  
tatis vulnus sanaret. Quas cicatrices & tunc seruauit  
& in iudicio seruatur us est, primo ad fidem resurre-  
ctionis instruendam. Deinde vt patri pro nobis sup-  
plicans, quale genus mortis pro homine pertulerit,  
semper ostendat. Tertio, vt sua morte redemptis q̄  
misericorditer sint adiuti, propositis eiusdem mor-  
tis insinuet inditij. Et postremo, vt in iudicio quām  
iuste damnentur impi denuntiet, ostensa quām ab il-  
lis accepit cicatrice. Non ergo ex impotentia curan-  
di cicatrices seruauit, sed vt perpetuum victoriarū suę  
circumferat triumphum. Sed (vt dicere corporā) pro-  
pterea reseruauit cicatrices, vt eas ostendendo, excel-  
lentiam nobis ostenderet suę eximię charitatis, &  
ad reciprocā induceret dilectionem. Ambrosius:  
Seruauit cicatrices, vt imprimeret discipulis memori-  
am passionis suę non esse intermitteandam (cuius si-  
gna circumferret in suę gloria maiestate) sed vt in  
eis legerent & reueluerent opera redemptiōis huma-  
næ, exēplar virutis, viā perfectionis. Hunc librę pre-  
ciosissimo sanguine exaratū (Iesum dico in manibus  
& pedibus vulneratum, in latere q̄q; lanceatū) prē cū  
Eis fidelibus contulit fratribus Carthusiensibus le-  
gendum, intelligendum, deuorandum. Tanta digna-  
tione nos super omnes dignificauit, vt suos nos fore  
cubicularios discerneret & secretarios, quos suo sem-  
per voluit præsentes esse conspectui, quem iugiter cō-  
templaremur. Hoc verum est ex parte ministerij no-  
bis commissi, licet ministri s̄pē se subtrahant, alijs  
intenti vilibus. Attendamus charissimi ministerium  
nostrę, dum merendi tempora subsunt, & hunc librę  
scriptum intus & foris legamus. Foris in humanita-

Ambroſi.

DE BON. DIVINA LIB. II Fol. 104

de eius legamus omnium virtutum perfectionem ad sequendum. Intus in diuinitate eius legamus omnē felicitatem ad quiescendum. Ut autem per feste lege r̄, & veraciter intelligere h̄iclibrum valeamus, primo eum deuoremus. Toto ore, id est, affectione ex liberali voluntate Iesum capiamus, & comedendo hunc librū, erit in ore nostro taq mel. Luxta mellifluū Bernardum: Iesus est in ore mel. Amaricabit autē vētrē nostrū Q̄ia Iesus vulneratus, missus in ventrem membrorū amaritudinem inducit, tamē saluberrimā. Vnde dicit in Threnis, & cantatur in solennijs eucharistia: Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. Bona medicina animæ est Iesus vulneratus. Amaritudinem in salutem stabilem, dulcedinem in devotionem laudabilem, sanitatem in illuminationē inse fallibilem operatur. Sumamus hāc medicinā Iesum, q̄a n̄ sumpus fuerit, amaritudinem & dulcorē operando, ipsum cognoscere non valebimus. Dicitur em̄ in psalmo: Guitate & videte. Huius figura præcessit, quando (vt narrat historia Regum) I O N A T H A S fluens mel gustauit, & aperti sunt oculi eius. Ionathas, id est, columba donum, hoc est, homo fidelis ex spiritu sancti dono deo deuotus, qui q̄rit agnoscere & contemplari deum suum, fluentem super terrā, i. humanatum, in terra cum hominibus conuersantem, vt oculi cordis habilitentur, capaces que reddantur illius excellentissimi luminis, primo debet deum & hominem I E S U M affectu purificato ab omni peccato, & ab omni inordinato amore creaturarum recipere, atque dulcedinem ipsius experiri, & tunc illuminabitur & agnoscet eum: Beati inquit, mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Diuina enim consolatio (teste B E R N A R D O) est liquor nobilissimus, non funditur a deo, nisi in vas mundum. In

Apoc. 10. ]

Thre. 3.

Psalm. 33  
I. Reg. 14

Baruch. 3.

Matth. 5.  
Bernard.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS:

Philip. 4

Cantic. 1

Philip. 2

Psalm. 68

quo receptus, vngit, mollit, sapit, exuperans oem  
fensum. Rursus incenditur ut vrat & luceat, vrte ut  
omnem rubiginem peccatorum consumat, dissimilitus  
dinem tollat, charitatem incendat & augeat. Lucet,  
ut dilectum in quo diligens delectatur ostendat. Diu-  
nitas quae propter dulcedinem in libro Regum per  
mel fluens, eadem propter misericordiam in Cantis  
cis Canticoꝝ per oleam vel vnguentum effusum de-  
signatur. Qui ergo gustat Iesum, legat Iesum. Legat  
pro vna lectione aliquid in quinq; vulneribus, quae  
ostendit in argumentum nouae vitæ & veræ resurrec-  
tionis, postq; resurrex erat a mortuis. In pedibus le-  
gat ad imitandum affectiones Christi, quibus nihil  
vanum, nihil terrenū desiderabat, sed humilitate sus-  
perbiā, paupertate auaritiam calcavit, & calcare  
docuit, quarum prima initium, secunda vero omniū  
malorum radix est. Ut autem haec mala a nobis tolle-  
rentur, ipse dignanter in pedibus clausos accepit, & in  
ipsis mortuus est, & rediuiuus cicatrices ostendit. In  
manibus legat Christi actiones, quibus fortiter salu-  
tem nostram operatus est: vna manu apprehendens  
obedientiam, altera patientiam: factus obediens us-  
que ad mortem, mortem autem crucis, curas tali me-  
dicamine vulnera impatientia & inobedientia nos-  
stræ. Parentes quippe nostri libertatem quam debe-  
bant patienter expectare, & mereri, volentes præris-  
pere, inobedientes facti sunt. Et facta rapina pom,  
vulnus animæ lethale acceperunt, quo omnes mori-  
mur. Christus vero quod non rapuit exoluit, dum  
immunis ab omni vulnere Adæ, manibus cruci di-  
gnanter pro pomo affixus est. Harum cicatrices redi-  
uiuus ostendit. In vulnere lateris, quo itur ad cor,  
& vulnus cordis præsentat, legat charitatem Christi  
qua maior inueniri non potest. Ibidem plane intelliz-  
get, quantum eum dilexit deus, quantum Iesus homo  
vt animam suam daret, iustus pro iniusto. Hac chari-

ecate dominus Iesus nostrorum operuit multitudinem  
peccatorum. Huius mortis vulnus rededium ostendit. Huius libri & horum vulnerum lector attendat,  
ut quod intelligentia didicit, opere implete: quia sciens voluntatem domini, & non implens, vapulabit  
multis. Sit ergo affectione humilis & pauper, in actione  
obediens & patiens. Sit corde Iesum super omnia  
diligens. Contraria his bonis virtutibus crucifigat &  
mortificet. Et si signa aut cicatrices huius mortificationis  
veraciter habuerit, ipse quidem in nouam vi-  
tam transiuit, suæ autem resurrectionis inditia alijs  
ostendit, & in proximo est, quod ad cœlestem gloriam  
perpetue victurus ascenderet.

Lucæ 11

**C**De gaudio Christi quod habuit in sua  
resurrectione, de gesticulatione Iu-  
dexorum, pariter & metu.

### Exhortatio VI.



Oncidisti saccum meum, & circundasti me lætitia, Psalmo 29. Excedit plane charissimi capacitem nostram agnoscere, quali gaudio repletus fuerit dominus noster Iesus, quando conscius sacco mortalitatis suæ, lætitia gloriose resurrectionis circumdatuſ reuixerat. Enim uero maſteria maximi gaudij in eo copiosissime extiterat. Iā enim penitentia transferat in impossibilitatem, mortalitas in immortalitatem, pondositas in agilitatem mouendi se subito de loco in locum, grossities in penetrabilitatem eundi per corpora dura, tenebrositas in luminositatē, corpus despectum in corpus glorificatum, anima (quo ad inferiorem portionem eius) exposta & impleta doloribus & tristitij, in securitas

## D. PETRI LEYDIS CARTHVS,

tem nunq̄ dolendi, & semper gaudendi. Et quis oēm  
materiam gaudendi (quaē à domino Iesu in sua resur-  
rectione obuenit) expliceret. Consideremus nunc cha-  
rissimi, quantum poterimus, dño hoc præstante, &  
gustemus qualiter illa deo gratissima aia, deuotissima  
illuminauita, & purissima, sine villa compunctione  
& deo personaliter vnta, & vltra oēm creaturam  
vnice dilecta, affectuissime ascenderit fructuue in de-  
um, gratias pro tantis beneficijs humillime agēdo &  
dicendo: Exaltabo te domine qm suscepisti me. O cui  
hoc sapit, congaudendo dño Iesu, qui d sentit. Maria  
mater Iesu sentit. Viri mortificati & deuoti hoc sen-  
tiunt, vnuſquiſq; pro captu suo. Hoc est enim cele-  
brare resurrectionem domini Iesu, credere in eo fas-  
tam, & in nobis fiendam, diligere eam, & gaudere  
de ea. Dixit ergo dominus Iesus rediuius: Exaltabo  
te domine, id eit, laudabo te, glorificabo te, quoniam  
suscepisti me, ex manibus inimicorum & afflignantū  
& crucifigentium liberasti me, & in statum glorio-  
sum adduxisti me, nec delectasti inimicos meos super  
me. Delectatio est nomen commune bestijs & homi-  
nibus, sensibus & animabus. Gaudium vero proprie-  
tate in appetitu rationali. Vbicunque ergo est gaudi-  
um, ibi est delectatio, sed nō eccl̄uerso. Delectatio em̄  
potest esse sine gaudio. Dicit ergo, nec delectasti inim-  
icos meos super me. Quia non sunt permitti inimici  
domini Iesu delectari iuper eum, nec in sensibili appe-  
titu, nec in rationali: quia non est gaudiū impijs. Gau-  
dium enim præsupponit pacem: Sed non est pax im-  
pijs, dicit dominus. Nisi enim quieuerit appetitus in  
vero bono coniunctio & scito, non potest esse gaudi-  
um, sed est gestus, vel gesticulatio in falso bono con-  
iuncto, vel adepto & cognito. Iudæi vero gaudere  
visi sunt, cum Iudas Iesum venderet, sicut scriptum  
est: Gauſi sunt, & pacti sunt pecuniam illi dare, & læ-  
tati sunt cum caput ante crucem agitatene, &ceter.

Psalm. 29

Delectatio  
quid.

Gaudium  
quid.

Isaie 48

& 67.

Lucas 22  
Matth. 27

Sed manifestum est, quod de vero malo & falso bono lætati sunt, ut illud proprie de ipsis dici poterat: Lætantur cum male fecerint, & exultat in rebus peccatis. Ergo non sunt ye delectati super eū. Et illa falsa delectatio, quam diu duravit? Certe ad momentū. Vnde Iob ait: Gaudium hypocritarū ad instar puncti. Iudæi & hostes Christi hypocritarū in euangelio nominantur. Et vere hypocritarū erant, sub specie iusti zeli suas impietates celantes, cum essent detractores Christi, deo odibiles, falsi testes, ex odio & inuidia sanguinem innocentem tradentes, & quem hæredem nouerant & dei filium negantes & occidentes, postquam excæsset eos malitia ipsorum. Gaudium ipsorum hypocritarum super captiuitate & occisione Christi comparatum ad gloriam resurrectiōnis eius (quæ in perpetuum manebit) est ad instar pū. Eti hoc est, ad modicum tempus. Quod sicut erat falso gaudium, ita erat & anxietatibus plenum. Quid putandum est, cogitauerunt cogitationibus timidis impij Iudæi, quando audierunt quod capientes Christum omnes prostrati erant in terram, & Malchus grandi miraculo curatus? Talia enim ab omnibus liberenter narrantur. An non timuerūt, quod adhuc de manibus ipsorum se executeret, sicut alias frequenter fecerat? Semper em̄ præsumit fœua perturbata conscientia. Præsumit em̄ semp maiora aduersa. Hoc ipsum etiā aperte in fine Pilato dixerūt: Et erit error posterior peior priore. Quantum etiā timuerunt qñ videbant eum à nullo falso teste posse conuenienter convinci, ab Herode solum illudi, à Pilato defendi, in rā tum iam in suis friuolis accusationibus spe frustrati ut ad terrendum iudicem, & à iustitia declinandum recurrerent, dicendo: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris? Gestu ye turpi haud dubiū furebat qñ sententiā iniustā à judice obtinuerāt, & sub cruce dñi Iesu illudebat. Sed qd psumebat sua turbata cōscia.

Prouer. 10

Iob. 2

Lucæ 22

Actu. 2

Sapien. 17

Matth. 27

Iohan. 18.

Marc. 15

Sapien. 17

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

quando tribus horis solem eclipsari , & horribilem noctem (quod à seculis inauditum erat) induci videbant. Terræmotum fieri, petras scindi, velum rumpi, monumenta aperi, turbas tundentes pectora dolere, tribunum videntem Iesum valido cum clamore morientem, iustum & dei filium confiteri sentiret, audirent & viderent. Sed his clariora successerunt, quando milites custodes, & mortui de monumentis exeuntes, & multis apparentes , & nedum ipso die, sed etiam alijs diueris diebus, multiplices Christi ap

partiones: insuper & eius coram multitudine ascensio, spiritus sancti missio, apostolorum cum maximis miraculis prædicatio, testimonium præbuerunt quod vere ipse dominus Iesus resurrexisset & viueret. Non sunt ergo Iudei, & inimici Iesu lætati super eum. Potius ipse delectatus est super eos, quia per mortem & inferebat mortem occidit, diabolum (mortis authorem) superauit & ligauit, mundum vicit, peccata deluit, mortuos perpetuos ad vitam sempiternam perduxit, hostes suos sibi in fide & amore subdidit, & dignitatem passionis intravit in gloriam suam. Et

Lucæ 24. ex his colligere possumus, quod affectuissime & gaudiosissime dominus Iesus concessionem facci corporis sui mortalis, iam circundatus lætitia resurrecti onis deum exaltauerit, id est , diuinam excellentiam laudauerit & glorificauerit. Concio facci est ruptio vinculi quo naturaliter corpus anima colligatur. Hæc ruptio erat in domino Iesu amarissima, quia ipse illaruptionem clarissimo intuebat atque intelligebat, & imaginabatur, & sentiebat, eo quod nulla tormenta

Deuter. 25 animarum eius in ipsius operationibus impendere videbant: quod non est in vlo homine. Insuper secundum mensuram peccatorum ipse domino Iesu data fuerat mensura tormentorum. Cum ergo super se haberet peccata totius generis humani, pena quam exoluerebat pro eis, erat maxima ac amarissima. Idcirco

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol. 167

Etiā subsequens in resurrectione lāetitia erat excelsa  
lēntissima, & gaudium nobilissimum. Cōgaudeamus  
charissimi fratres domino Iesu amatori, saluatori &  
glorificatori nostro, p̄dicta atq; similia pio corde re-  
colentes in præsentia ipsius: quia ipse intuetur cor-  
da singulorum. Tempus adest, quo cōcidetur saccus  
noster: Vtinam possemus domino Iesu opitulante,  
dicere: Concidisti saccum meum, & circundedisti me  
lāetitia. De communi cuius fu, in morte homines transe-  
unt de pena minore in pœnam maiorem. Et beatus  
iudicatur, qui ad pœnas purgatoriū deputatus fuerit.  
Misera conditio. Legimus in scripturis sacris atq; hi-  
storijs, & s̄aepē audiūmus qualia passi sunt mali ho-  
mines (vt de sanctis martyribus sileamus, qui per gra-  
uissima tormenta concisionem sacci acceperunt, &  
æternam lāetitiam sine mora recipere meruerūt) Sed  
isti mali homines post horrenda supplicia, conscisso  
pœnosissime sacco, in gehennalibus pœnis demersi  
sunt. Quid nobis futurum sit, ignoramus. In tali di-  
scrimine totis medullis cordis ad dominū Iesum con-  
fugiamus, amicitiam & familiaritatem cum ipso con-  
trahamus, ipsi in vita conformemur, cordis munditā  
am & innocentiam in concisione sacci nostri eidem  
præsentemus: & haud dubium, statim sempiterne lē-  
titiae indumento vestiemur.

Quām fuerit necessaria resurrectio  
Christi. Exhortatio VII.

Portebat Christum pati, & resurgere à  
mortuis. Lucæ 24. Plura sunt quæ ne-  
cessitatem resurrectionis domini Iesu  
videntur inducere, ex quibus aliqua, p  
ponam. Primum est commendatio dis-  
uinæ iustitiae, ad quam pertinet exalta-  
re illos, qui se propter deum humiliāt, secundum sen-  
tentiam matris Iesu: Deposituit potentes de sede,

Psalm. 29



Lucæ 1

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

& exaltauit humiles]. Quia igit̄ dominus Iesuſ, Christus domini, & ipſemēt dominus, propter charitatē & obedientiam dei, ſe humiliauit vſq; ad mortem crucis, oportebat quod exaltaretur ī deo, vſq; ad gloriosam resurrectionem. Vnde ex eius persona dicitur in psal. Tu cognouisti, i. approbasti, leſionem meam id est, humiliatrem & paſſionem, & resurrectionem meam, id est, glorificationem in resurrectione. Vt ergo ad gloriosam resurrectionē peruenire mereamur ducem nostrum dominum Iesum imitemur, & humiliemus nos, humiliter implendo ea quæ tenemur perficere ex promiſione facta in baptiſmate & professio-ne. In quarum prima facti ſumus Christiani, in ſecūda vero Carthusiani: & ea faciamus ex charitate & obedientia. Qui in his dominum Iesum imitati non fuerint, resurget quidem, ſed resurrectionē ignominioſa. Quia iuxta A poſtoli ſententiā: Omnes quidē reſurgemus, ſc; boni & mali, ſed non omnes immutabili-mur. Oēs em̄ resurgemus ad incorruptionē, ſed non omnes ad gloriā, ad impaſſibilitatē, ad claritatē, ad agilitatē, ad ſubtilitatē corporis q̄ ſubtilitas potest dicī ſua ſpiritualitas. Portemus crucē cū Christo, viuam⁹ in cruce cum Christo, moriamur in cruce cū Christo & indubie resurgemus & viuemus glorioſe æternaliter cum Christo. Secundum quod neceſſitatē reſurrectionis inducit, eſt noſtræ fidei inſtructio, q̄a per Christi reſurrectionem, conſirmata eſt fides noſtra circa diuinitatem eius, iuxta illud A P O S T O L I: Etsi C H R I S T U S crucifixus eſt ex infirmitate noſtra, id eſt, ex infirmitate ex nobis, & pro nobis assumptus, ſed viuit ex virtute dei, quæ viuere delicit virtus diuina eum reſuſcitauit, & viuere fecit. Excedit enim reſuſcitatio mortui angelicam ſublimitatem, excedit humanam humiliatrem, excedit omnis creaturæ vigorositatem, nec omnino ſpectari nifi ad viuificantem trinitatem. Quia ergo domino

phil. 2.

Iohann. 12.

Psalm. 138

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

DE BON. DIVINA LIB.II Fol. 168

Iesus est verus homo & verus deus, mortuus est ex  
humanitate, & resurrexit & vivit ex deitate. Propterea  
bene dicitur, quod propria virtute resurrexit. Nam  
per mortem non fuit separata diuinitas, nec ab anima  
nec à carne Christi, quis anima à carne separata fue-  
rat. Potest igitur anima Christi mortui & caro con-  
siderari duplisper. Vno modo ratione deitatis, & sic  
corpus unum diuinitati anima resumpsit quam depo-  
suerat, & anima diuinitati unita corpus resumpsit quod  
dimiserat. Et hoc innuit apud Iohannem, ubi domi-  
nus dicit: Nemo tollat animam meam a me, sed ego  
pono eam, & iterum sumo eam. Hoc enim dicitur rati-  
one diuinitatis. Si vero consideremus corpus & anima  
Christi mortui, secundum virtutem naturae creatae,  
sic non potuerunt sibi iniucem reuniri, sed oportuit  
Christum resuscitari a deo. Haec fides dilectissimi ver-  
setur iugiter in vobis, & exerceatur animo vigilantissi-  
mo, & intellectu illuminatissimo: quia fundamentum  
est universalis structurae spiritualis aedificii, & maxime  
conducit ad perfectum & finem salutis. Nam sine ea  
non remanet qualquam. Tertium quod necessitatibus re-  
surrectionis inducit, est subleuatio nostrae spei. Quia  
dum videmus dominum Iesum resurgere, qui est capi-  
put nostrum, speramus & nos resurrecturos. Unde Apo-  
stolus ad Corinthios reprehendit falsos prædicato-  
res, dicens: Si (id est, quia) Christus prædicat, quod  
resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vo-  
bis quoniam resurrectio mortuorum non est? Ipsa  
enim resurrectio domini nostri Iesu, est causa efficiens,  
& exemplaris nostrae resurrectionis. Efficiens  
quidem, in quantum humanitas (secundum quam re-  
surrexit) est quodammodo instrumentum diuinitatis  
ipsius, & operatur in virtute eius. Et ideo sicut alia  
quaeritur C H R I S T U S in sua humanitate fecit,  
vel passus est, ex virtute diuinitatis eius sunt nobis salu-  
taria, ita & resurrectio eius est causa efficiens nostrae

Iohan. 10.

1. Cor. 15:

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

resurrectionis virtute digna: cuius propriū est mortuos vivificare. Quæ quidem virtus præstantialiter attingit omnia loca & tempora. Et talis cōtactus virtutis sufficit ad rationem huius efficientiæ. Et quia primordialis causa resurrectionis humanæ est diuina iustitia (ut supra dictum est) ex qua Christus habet potestatem iudicium fecere, inq̄rum filius hominis est, virtus effectiva resurrectionis eius se extendit non solū ad bonos, sed etiam ad malos, qui sunt eius iudicio subiecti. Sicut aut̄ resurrectio corporis Christi (ex eo q̄ corpus illud est personaliter verbo unum) est prima tempore, ita est prima dignitate & perfectione. Semper autem id quod est perfectissimum, est exemplar eius quod est minus perfectum, secundū suū modū. Et ideo resurrectio Christi est causa exemplaris nostræ resurrectionis. Quod quidem necessarium est, non ex parte resuscitantis, qui nō indiget exemplari, sed ex parte resuscitatorū, quos operat illi resurrectioni cōformari, iuxta illud Pauli: Reformabit corpus humilitatis nostræ, cōfiguratū corpori claritatis suæ. Et hoc intelligitur de solis bonis & sanctis. Licet enim efficacia resurrectionis Christi se extendat ad resurrectionem tam bonorum quam malorum, exemplaritas tamen eius se extēdit proprie solum ad bonos: qui sunt facti cōformes filiationis ipsius. Non solum autem resurrectio Christi est causa efficiens resurrectionis corporum nostrorum, sed etiam animarum nostrarum, iuxta illud Apostoli: Resurrexit propter iustificationem nostram. Quæ resurrectioni nihil aliud est quam resurrectio animarum. Et super illud psalmi: Ad vesperum demorabitur fles tus, dicit glossa, quod resurrectio Christi causa est resurrectionis nostræ, & animarum in præsenti, & corporis in futuro. Ratio in promptu est quia resurrectio Christi agit in virtute diuinitatis, quæ quidem se extendit nō solū ad resurrectionem corporum, sed eti-

Iohan. 5.

phil. 3.

Rom. 8.

Rom. 4.

Psalm. 29

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol. 169.

tiam ad resurrectionem animarum . In qua concurrit etiam ratio exemplaritatis, quia Christo resurgentibus debemus etiam secundum animam conformari: ut sicut Christus resurrexit per gloriam patris, ita & nos in nouitate vita ambulemus . Ex his satis patet quām iuste & recte Apostolus arguit eos, qui prædicabant resurrectionem non esse . Præstatur nihilominus nobis fiducia sperandæ resurrectionis, qui in puluerem, & penè in nihilum post mortem reducimur, nec maneret nobis vlla spes resurgendi, nisi dominus Iesus amator noster, & saluator, causam nostram nimis malā in in se suscepisset, p peccatis nostris moriendo, & pro resurrectione nostra resurgendo, per quā Christi resurrectionem, spes nostra subleuata & confirmata, & in nobis reposita est . Vnde ait Iob: Scio (p certitudinem scilicet fidei) quod redemptor meus, id est, Christus Iesus, viuit, à mortuis resurgens, & ideo in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo deum quem visurus sum ego ipse & oculi mei conspecturi sunt, & nō alius, quasi diceret: Ego ipse idem numerus post resurrectionem, qui ante mortem, contra dictum Aristoteli de generatione, qui dicit ea quæ corrupti rumpuntur redire, non eadem numero, sed tantū species . Sequitur: Deposita est hæc spes mea in sinu meo in corde meo . Logitur sanctus Iob de ista spe tanq; de re charissima, q; in sinu absconditur, ne perdatur . Vide tis charissimi ex ijsdictis, q; necessaria fuerit Christi resurrectio, vt p eā ad bona opera, & votos atq; promissos nostros impletionē (ex charitate & obedientia, atq; humilitate exhibenda) puocaremur, & in fide & spe rei arduæ nimis valde, tamen optatissime salvaremeque corroboraremur . Sunt nihilominus & aliæ necessariæ causæ, quare oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis . Tum propter patris præordinationē, tum etiam propter Christi exaltationē

Rom. ec.

Iob. 19.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Cum propter humanam redemptionem, tum propter scripturarum impletionem. Si igitur propter prescriptas causas & alias (utique assignabiles) oportebat Christum dominum pati & resurgere, & ita intrare in gloriam suam, quæ omnia ostendunt causam nostram malam, iudicium dei durum, & iudicem iustum, quid oportet fratres nos agere, quid pati, ut intrare possim⁹ gloriam a deo paratam iustis & sanctis deis. Non simus ergo segnes, remissi, negligentes, vel seculi, sed tuto corde, & pauidi ad misericordiam domini confugiamus, quā nulli veraciter poscenti deus denegat, & insistamus opibus iustitiae. Cū em̄ Christus appetuerit vita nostra, tunc nos apparebimus cum eo in gloria.

Coloss. 3

**D**e virtute Christi resuscitantis mortuos in carne & spiritu, & quomodo debamus querere quæ sursum sunt, deq; nobilitate Christi resurgentis. Exhortatio VIII.



I consurrexisti cum Christo, quæ sursum sunt querite, vbi Christus est in dextera dei sedens quæ sursum sunt sapientia, non quæ super terram. Ad Colos. 3 Scitis charissimi ex sacra pagina scripturarum, duplice fore resurrectionem, quas sua bñdicta passione dñs Iesus nobis cōmeruit & sua resurrectione explicauit & figurauit: scilicet corporalis, qua corpus resuscitatur ad vitam naturalem, & animæ propriæ, non alienæ reunitur, ita quod ille unus & idem qui aliquando vixerat & fuerat homo, & per mortem desierat esse homo, & impossibile erat per naturam iterum reuerti ad esse humanum, & fieri homo, virtute diuina idem per oīa reuertatur, & sit ipsemet qui ante, & non aliud. Vnde pulchre

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol.170

habetur in libro Iob : Scio quod redemptor meus vi Iob. 19  
 uit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum : Et  
 rursum circundabor pelle mea, & in carne mea vide  
 bo deum saluatorem meum. Quem visurus sum ego  
 ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non aliis . Sic  
 ergo Christus resurrexit. Vnde dicitur in Euange-  
 lio: Surrexit dominus vere. Et omnes nos quoque  
 in die iudicij resurgentemus: De quo Apostolus ait: Ec-  
 ce mysterium vobis dico, omnes quidem resurgentemus.  
 Tanta est Christi secundum diuinitatem potestas, qd  
 omnium mortuorum corpora simul quædam come-  
 sta, quædam exusta, alia putrefacta, alia per particu-  
 las in orbe dispersa, unico nutu voluntatis simul re-  
 suscitabit, & in momento coram eo stabunt perfecta  
 Subest enim ei cum voluerit posse. De hoc Paulus:  
 In ictu oculi, in nouissima tuba omnes resurgentemus,  
 O admirabilis virtus operandi hoc. Nouissima tuba  
 est vox Christi retrahentis omnes ad vitam. Ictus  
 oculi, momentum est, Hanc resurrectionem sua res-  
 surrectione Christus dominus exemplificauit. Alia  
 est resurrectio spiritualis, qua homo per gratiam dei  
 resurgit à morte animæ, quod est peccatum mor-  
 tale, de qua ait Apost. Surge qui dormis, & exurge à  
 mortuis, & illuminabit te Christus, scs lumine gratiæ  
 vitæ spiritualis, qua homo vivit in deo, quod nullus  
 potest efficere (sicut nec corporalem) nisi solus Chri-  
 stus. Hanc resurrectionem sua resurrectiōe Christus  
 dominus figurauit: Quia sicut Christus resurrexit à  
 mortuis per gloriā patris, ita & nos in nouitate vitæ  
 (scilicet spiritualis) ambulemus. Hinc itaque dixit  
 Apostolus: Si consurrexitis cum Christo. i. si vere à  
 morte animæ seu vitijs surrexitis, sicut Christus ve-  
 re surrexit à morte corporis, quæ sursum sunt quæ-  
 rite, id est, bona coelestia & æterna, quæ oculus non  
 vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascender-  
 runt. Illa desiderate, adipisci satagite, vepote æter-  
 X 4

Lucæ 24

1. Cor. 3

Sapien. 12

1. Cor. 10

Ephes. 5

Roma. 6

Coloss. 3

Isaiæ 64

1. Corin. 2

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

nam felicitatem, anima & corporis glorificationem  
vt deo per claram visionem & perfectum amorem in  
gaudiofissima fruitione iungamini. Hæc enim quære  
re, est quærere quæ sursum sunt. Quamvis enim des-  
us vbiq; est, tamen proprie dicitur esse in cœlo, vbi  
est per effectum sibi proprium, scilicet per misericors-  
diam qua omnes ibidem existentes beatificat. Est eti-  
am intelligendum quæ sursum sunt quærere, id est,  
ipsum deum quærere, qui supereminet vniuersæ cre-  
aturæ in infinitum in esse, in bonitate & charitate, et  
similibus: Vnde canimus: Sursum corda, habemus  
ad dominum. Quæ sursum sunt sapientia, hoc est, diui-  
na contemplata in fide, & amata in charitate, inter-  
no gusto sapientia. Hæc est vera & proprie dicta sapien-  
tia. Beatus qui accipit. Donum dei est. De quo habef  
in Apocalypsi: Dabo ei inquit dominus, calculum cā-  
didum, id est, intellectum purificatum à phantasma  
tibus, & affectum ab omnibus immundis amoribus,  
& in calculo nomen nouum scriptum, hoc est, notitii  
am diuinam, & affectionem hominibus insuetam  
quod nemo scit, nisi qui accipit. Dicit dominus Iesus  
Omnis qui petit, accipit. Petamus ergo & accipiemus.  
Sanctus Iacobus ait: Si quis indiget sapientia, postu-  
let à deo, qui dat omnibus affluenter, &c. & dabitur  
ei. Ideo monet & Paulus: Quæ sursum sunt quærere.  
Quia iuxta verissimam dñi Iesu sententiam, qui que-  
rit inuenit, & pulsanti aperietur. Debemus ergo illa  
sapere quæ sursum sunt, non quæ super terram. Imo  
carnalia & terrena debemus desplicere & fastidire, ni-  
si in quantum sunt nobis necessaria, & simul stare pos-  
sunt cum diuinis. Quæ vero cum deo haberi non pos-  
sunt, sunt plenissime abiendienda, nedum mortalia pec-  
ata, sed etiam venialia. Quia & si venialia deum ex  
corde non excludunt, tamen deo p̄dilecto domino  
nistro, & vere nos amāti, & cōtinue bona nobis ma-  
xima p̄stanti displicant, & disponunt ad deum, à cor-

Lucæ 11

Iacob; 3

Coloss. 3

Matthæ. 7

Lucæ 11

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol. 171

de expellendum, quando placent, & scienter committuntur: sufficit quod ea committimus ex negligētia vel errore, & non ex proposito. Conemur charissimi fratres quæ sursum sunt querere & sapere, quia sicut hoc est optimum ac verissimum signum spiritu alis consurrectionis, ita quod homo viuat in deo, sic pessimum signum est, scilicet mortis spiritualis, quæ rere quæ sunt super terram, & ea sapere. Tales, creaturas plus diligunt quamceratorem, ideo in deo nō viunt, sed in peccatis, & servi sunt diaboli. Resurga mus ergo à vitijs & peccatis, & caueamus ab eis, quia deus odit ea in hominibus quos vult saluos facere, sed seipso per peccata impediunt, ideo maxima hominum multitudine perit. Propter peccata dominus Iesus mortuus est amarissima & turpissima morte. Ipse est flos totius humanæ naturæ conceptus de spiritu sancto in virgine matre de purissimis sanguinibus eius, plenus spiritu sancto à momento creationis eius, & omnibus charis inatibus gratiæ eius repletus. Non enim ad mensuram dedit ei pater spiritum: Pater enim diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Vnde & de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiæ pro gratia, &c. Tātam enim accepit Iesus gratiam, quod nullæ creaturæ maior dari poterat. Adimpleuit enim gratia omnem capacitatem naturæ eius. Fuit etiam ornatus omnibus virtutibus, nulla dempta. Vnde omnia quæ cogitauit, dixit, & fecit, fuerunt actus verarum, & perfectissimarum virtutum. Quæ proper sanctitas eius excessit sanctitatem omnium creaturarum simul acceptā. Et omnibus hominibus (quatum in eo fuit) promeruit gratiam & gloriam. Fuit etiam maximè dignitatis, rex regum & dominus dominantium in cœlo & in terra. Vnde dicit: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, nedum post passionem, sed etiam ab initio suæ conceptionis. Vnde in Psalmo: Quid est homo quod memor es eius,

Iohann. 3  
Iohann. 4

Matth. 2

Psalm. 8

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

aut filius hominis quia visitas eū? Minuisti eum pa-  
lominus ab angelis, propter naturā humanam, quæ  
minor est natura angelica, sed secundum gratiam ex-  
cedit omnem creaturam ipse homo Iesus dignitate.  
Vnde sequitur: Gloria & honore coronasti eum, &  
constituisti eum super opera manuum tuarum. Oia  
subiecisti sub pedibus eius, &c. Fuit insuper vnitus  
deo, nedum sicut prophete, vel sancti coniuncti sunt  
deo, vnde venerationem & gloriam accipiunt, sed su-  
per hæc coniunctus fuit deo hypostatice, id est, in vs-  
na persona, ita quod dñs Iesus virginis Mariæ filius  
est verus naturalis dei patris filius, eo quod personæ  
verbi, id est, filij, filij inquam potentiae intellectiæ  
generantis in actu intelligendi diuino, sit personalis  
ter vnitus, ita quod est vna persona verbi & homis

x. Timo. 2 nis. Fratres aduertite & intelligite. Voluit deus o-  
mnem hominem saluum fieri (quantum in eo fuit)  
sed per peccata perpetrata impeditabatur. Vt ergo ho-  
mines peccatores salui fierent, maluit tam præclarā  
personam dñm puto Iesum, charissimū filium suum  
mori pro peccatis, q̄ peccata inulta remanere. Et ta-  
men homines volentes saluari, proclivi & faciles sunt  
ad peccandum, non considerantes, quod saluator eo  
rum propter peccata mortuus est, & q̄ iterū (inquan-  
tum in ipsis est) Iesum crucifigūt. Sed dñs Iesus iam  
securus est, quia resurgens ex mortuis iā non morit  
mors illi vtra non dominabitur. Timeat ille qui pec-  
cat, quia sine vltione non saluabitur. Nullum malū  
ibit impunitum. Videmus in opere saluatiōis nostræ  
seueritatem dei in eo quod proprio filio suo non pe-  
percit. Misericordiam vero, quod pro omnibus nos-  
bis tradidit illum. Charitatē etiā, quia si dilexit mū-  
dum, vt filium suum vngenitum daret, vt om̄is qui  
credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternā.  
Resurgamus igitur spiritualiter cum dño nostro Ies-  
su, ne ipsum peccando iterū crucifigamus, sed abstine-

Roma. 6,

Rom. 8,

Iohann. 3

nendo à peccatis, tādem resurgere cum ipso in nouissimo die corporabiliter mereamur: quando corruptibile hoc induet incorruptionem, & impassibilitatem, agilitatem & perpetuam claritatem.

### ¶ De desiderio modoque videndi Iesum. Exhortatio IX.



Oolumus Iesum videre. Iohannis. 12  
O vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum. Olique scat anima nostra ad vocē vel verbū istud, de ore cœli mellitum fratres dilectissimi nosteri. Det nobis dñs Iesus (super omnia desiderabilissimus) cor vnu. i. voluntatem vna, ut concorditer ac veracissime dicere valeamus: Volumus Iesum videre, non pulchras mulieres, nec alia q̄ ad carnales spectant voluptates, nō ludos nec alia q̄ spectant ad seculi vanitates, non populi applausum, nec alia q̄ spectant & honorum dignitates, non aurum, nec alia quæ spectant ad rerum temporaliū preciositates, nec vllam aliam creaturā, sed volumus Iesum videre. O nobilissima voluntas, q̄ à solo summo & infinito bono. i. Iesu, mota est ad volendū ac desiderandū, seu amandum: & non ab vlla alia creatura. Et si interdum ab vlla creatura incitatūr ut eā velit, desideret ac amet, illi tamen non consentit, in ea quiescendo, sed per eam transit ad eū & in eum quē vnicē amat. i. Iesum, & dicit indesinenter cū omni bus sanctis: Volumus Iesum videre. Itaq; fratres dilectissimi, sic cogitemus, sic loquamur, sic agamus, sic viviamus, vt interrogati cur hæc facimus, veracis dicere valeamus: Volumus Iesum videre. Hic sit finis omnis. Homo creatus est ad deū cognoscendū. i. videndum & diligendum, qđ sequit̄ ex visione & cognitione, & fruendum, qđ sequit̄ ex utroq;. Et hæc tria sunt unus actus, i. simul & vnicē fiunt. Dicitur tamen secundum

Homo ad quid creatus.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

August. | Augustinum, visio tota merces, consummatio tamē beatitudinis sit diligendo atq; fruendo. Inde est qd dicit sanctus Iohannes: Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Igitur Iesus est vita æterna, & finis omnis creaturæ rationalis & intellectu-  
lis secundum suam diuinitatem. Qui ergo dicunt, volumus Iesum videre, innuunt æternam se beatitudinem inquirere, quia in deo, filius non est aliud i patre & spiritu sancto, sed tota trinitas est unus deus. Volunt ergo non solum personam Iesu videre, sed unicum deum, patrem, & filium, & spiritum sanctum, & filium incarnatum. Hoc autem inditum est vniuersæ intellectuali creaturæ. Vnde Philosophus Aristoteles ait primo Ethicorum: Omnia bonum appetunt, id est, eternam beatitudinem. De quo sanctus Boetius ait: Omnis mortalium cura, quamvis diuerso calle incedit, ad unum tamen fine in beatitudinis nititur peruenire. Est enim mentibus hominum versi boni naturaliter inserta cupiditas. Id autem est bonum, quo quis adepto, nihil ulterius desiderare queat. Cuncta enim in se bona continent, cui nihil ad di potest, neq; auferri. Est ergo hoc bonum ipsa beatitudo, & status bonorum omnium aggregatione perfectus. Hunc statum (inquit idē) diuerso tramite mortales omnes adipisci conantur, sed ad falsa deuicius error abducit. Vnde sicut ebrius ad domum quo tramite reuertatur ignorat: sic ebrij in desiderio peccati, adeo sunt attoniti, vt viam vitæ inuenire nequeant. Nos vero lati bibentes ebrietatem spiritus, non peccata, volumus Iesum videre: & hoc ardenti desiderio. Paruum desiderium facit hominem tediosum in operando. Orat enim sine deuotione, ieunat cū murmuratione. Et meretur tepidus ex ore dei ejici cum reprobatione. Ardens desiderium operatur magna & fortia. Vnde in Canticis dicitur; Fortis ut mors di-

Boetius

Apocal.,

Cantic. 8

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol.173

lectio. Tales nihil metuant aggregi: De quo Hieronymus: Nihil amantibus durum, nihil difficile. Sim ergo fratres volendo Iesum videre fortis in opere, ardentes in desiderio. Est enim Iesus amabilis valde excedens capacitatem nostram. Vnde canit. Nec lingua potest dicere, nec litera depromere, expertus potest credere, quod sit Iesum diligere. Iesus dulcedo cordium, fons veri, lumen mentium, excedit omne gaudium, & omne desiderium. Hoc beatus Augustinus expressus fuerat, quando dicebat. Intromittis in me affectum inusitatum, quem nulla lingua explicare queat. Vnde nihil (inquit) me delectat, nulli de te audire, de te loqui, de te conferre. Hinc beato Bernardo Iesus erat mel in ore, melos in aure, iubilus in corde. Ideo canitur: Iesu decus angelicum, in aure dulce cantum, in ore mel mirificum, in corde nectar cœlicum. Iesu dulcis memoria, dans vera cordi gaudia, sed super mel & omnia, eius dulcis præsentia. Nil canitur suauius, auditur nil iucundius, nil cogitatur dulcius, quam Iesus dei filius. Sed nemo haec accipit, nisi vere penitens, & mundo corde Iesum querens. Ideo canitur: Iesu spes penitentibus, q̄ pius es petetibus, q̄ bonus est querentibus, sed quod inuenientibus. Hoc nemo scit, nisi qui a Iesu acceperit calculum candidū & in eo nomē eius scriptum. Petamus & accipiemus queramus & inueniemus, pulsemus & aperietur nobis, si tñ pure (nil aliud querendo) haec fecerimus. Ibi latet vis, Idcirco canitur: Iesum queram in lectulo, clauso cordis cubiculo, priuatim & in populo, queram amore sedulo. Volumus Iesum videre. Sed ubi queremus? ubi inueniemus? aut ubi videbimus? Pastores dixerunt: Eamus Bethlehem, & videamus hoc verbum quod factum est, & dominus ostendit nobis. Sollicita igit̄ mente queramus eū in domo patris eucharistiae, ubi illuminata fide videbimus Iesum & gustabimus suavitatem amoris sui. Zachaeus que-

Hierony.

Bernard.

Augustin,

Apocal. x

Lucæ 2

Lucæ 19

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Luc<sup>x</sup> 19

sicut videre Iesum, & ab inuento hospitio etiam rece-  
pto audire meruit: Hodie domui huic salus facta est,  
quia venit filius hominis querere & saluū facere qđ  
perierat. Sursum igitur ascendamus, omnibus tempo-  
ralibus & creaturebus occupationibus relictis, & Ie-  
sum videre, & in cordis hospitio recipere, omnium q  
que peccatorum veniam. salutem etiam æternam ob-  
tinere merebimur. Iudei viderunt eum in passione  
sua, sicut ait Isaías: Vidimus eum, & non erat aspectu

Isai. 53.

& desiderauimus eum despectum, &c. In exercitio do-  
minice passionis Iesus videtur. Quę visio docet eius  
ad nos charitatem, emundat nostra peccata, perfecti-  
onem virtutum præstat, gloriam sempiternam pro-  
mittit. Hæc carmen indicat: Iesus amor dulcissimus  
& vere suauissimus, plus millies gratissimus, quā di-  
cere sufficimus. Quando cor nostrum visitas, tunc  
lucet ei veritas, vilescit mundi vanitas, & intus fer-  
ver charitas. Hæc probat tua passio, & sanguinis es-  
fusio, per quam nobis redemptio, datur & dei visio.

Matth. 28

Venit Maria Magdalena vide sepulchrū, id est, Ies-  
sum in sepulchro. Et quia perseverauit querendo at-  
que lugendo, videre Iesum meruit. Ita faciamus, &  
Iesum videbimus. Vnde canitur: Cum Maria dilu-  
culo Iesum queram in tumulo, cordis clamore que-  
rulo, mente queram non oculo, tumbam perfundam  
fletibus, locum replens gemitibus, Iesu prouoluar pe-  
dibus, strictis hærens amplectibus, Iesu stringam ve-  
stigia, & flendo figam labia, vt detur mihi venia, atq  
perfecta gratia. Gauisi sunt discipuli viso domino in  
die resurrectionis eius. Quia domino Iesu compas-  
si sumus in eius passione, congaudeamus ei in eius re-  
surrectione, & videbimus eum triumphatorem diabos-  
li & mortis. Cantatur: Iesus rex admirabilis, & triun-  
phator nobilis, dulcedo ineffabilis, totus desiderabilis.  
Mane nobiscum domine, mane nouo cum lumi-  
ne, pulsa noctis caligine, mentem replens ducedine

Iohan. 20

Dicit beatus Iohannes : Vidimus gloriam eius, scili<sup>e</sup>  
cer Iesu, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gra  
tiae & veritatis. Hoc erit perfecte in futura vita. Ta  
lem volumus Iesum videre. Tunc dicemus quod cas  
nitur: Iam quod quæsiui video, quod concupui tes  
neo, amore Iesu langueo, & corde totus ardeo. O bea  
tum incēdiū, o ardens desideriū, o dulce refrigerium  
amarē dei filium. Sis Iesu nostrum gaudium, qui es  
futurus p̄m̄ium, in te sit nostra gloria, per cuncta  
semp secula Amē. Volumus Iesum videre, etiā. Amē.

Iohan.1

## DE ASCENSIONE CHRI sti in cœlum. Titulus quintus.

**C** De Christi ascensione, nostræque libe  
ratione captiuitatis, & quomodo spi  
ritus concupiscat aduersus carnē

Exhortatio I.



Scendisti in altum, cepisti captiuitatē,  
acepisti dona in hominibus. Psalmo  
67. Verba hæc Psalmistæ ad literā scri  
pta sunt de præsenti solennitate, quæ  
Apost. Paulus facta modica variatiōe  
verbis allegat, dicens: Vnicuiq; noster  
data est gratia secundū mensuram donationis Chri  
sti, propter quod dicit: Ascendens in altum, capti  
uam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. In  
quisib; primo tangitur Christi Iesu dñi glorioſa a  
ſcensio, ſecundo noſtræ miferæ captiuitatis libera  
tio, tertio diuini muneriſ copioſa donatio. Citca pri  
mum notandum eſt, quod ascensio dñi Iesu dicit glo  
rioſa, eo qd ipſe q; paꝝ ante poſſibilis & mortalis igno  
minioſe occiſus erat, nunc ꝑpria virtute & merito in

Ephesi. 4

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

præsentia omnium angelorum, & sanctorum, qui tunc erant de curia & familia cœlesti, & in præsentia fidelium, usq; ad dexteram dei, id est, ad meliora bona æternæ beatitudinis imperpetuum regnaturus ascenderit. Propria inquam virtute ascendit, nedum diuina, quæ operatur oia in omnibus, sed etiā humana, eo quod ex redundantia animæ glorificatæ in corpus (quod resurgendo resumperat) iam eidem corpori glorificato cōnaturale erat, ut protinus ibi esse possit quo veller esse spiritus, secundum quod beatus Augustinus ait in libro 22. de ciuitate dei. Sic igitur dicitur ascensio hūtanæ naturæ in Christo gloria, quia virtute humanæ naturæ glorificata fiebat. Diuinitas enim propriæ non dicitur ascendere, quia non est in loco circumscriptiue. Dicitur etiam ascensio Christi gloria, quia tunc post meritum passionis, intravit gloriam suam, ut ex illo iam die usque in æternum in nomine eius omne genu flectatur, cōfiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Talis autem confessio, proprie dicitur gloria. Dicitur enim gloria quasi claria, quia clara cum laude notitia. Ex ista Christi ascensione, etiam toto humano generi gloria prouenit. Ipsa enim sua ascensio, est causa effectiva & exemplaris nostræ ascensionis, quasi inchoandonostrà ascensionē. Quia enim ipse CHISTUS caput nostrum est, oportet ut ille sequantur membra quo caput præcessit, scilicet ad habitationem & societatem angelorum in celis, quod vtique valde mirabile est, ut natura nostra instantiū vilis de limo formata, & in limum redacta, super celos gloriose ascédat. Hinc est quod ascensio domini admirabilis in Letanijs pñntiatur. Secundo tangitur in themate præassumpto, nostrę miseræ captiuitatis liberatio. Nimis enim miserabile erat, qd hoies ad imaginem & similitudinem dei creati, & in tanta dis-

Phil. 2.

Phil. 2.

Eph. 1.

gnitatis sublimitate collocati, ut diuinæ fore possent  
 confortes naturæ, & filij dei, & regni cœlestis cohære Rom. 8.  
 des, etiam quantacunq; sanctitatis excellentia præe-  
 minerent, aut diuinæ gratia atq; muneribus polleret  
 aut salutari pœnitentia præcellerent, non ad regnū  
 ad quod cōditi erāt, ascenderent, sed ad loca inferna-  
 lia & tenebrosa (q; q; pacata) post huius vitæ laborios-  
 sum certamē descenderent. Sed ecce dominus Iesus  
 per meritum suæ passionis claustra infernalia destru-  
 xit, portas cœreas cōtrivit, vester ferreos cōfregit, hoc  
 est, obligationem ad pœnā, & impedimenta eterne bea-  
 titudinis cōtracta ex originali culpa, & cæteris pecca-  
 tis, q; erant fortissima & inuincibilia ab ullo puro hos-  
 mine, ipse dominus Iesus, deus & homo plenissime a-  
 mour, & oēs iustos secū ex limbo eduxit, & pcedēs  
 tā ipsiſ q; etiam omnibus postea vocandis, iustifican-  
 dis, & glorificandis, cœlum aperuit, id est, ingressum  
 beatitudinis post solutionē debiti naturæ, id est, mor-  
 tis, immediate quo ad purgatos vel mediante pœna  
 purgatoriū, q; ad purgandos, patefecit, & tanto fœde-  
 reſibi sociavit, & iure possessionis obligauit, qd nec  
 omnes dæmones, nec vllæ deceptions, aut fraudes:  
 sed nec ipſi beati, neque vlla creatura eos à captiuitas  
 domini Iesu possent eripere. Et hæc est captiuitas  
 liberima, honorificissima, & felicissima, omnes iu-  
 stos innumerabiles simul à potestate dæmonū, ab os-  
 minibus vitijs, & ab omni quod molestū esse posset,  
 aut nocere, esse æternaliter liberos, & summo bono  
 deo esse inseparabiliter coniunctos per claram ipsius  
 visionem, per perfectam ipsius fruitionem, seu dilec-  
 tionem, & securissimā cōpræhensionē seu tentionē.  
 Tertio tangitur in themate diuini munera copiosa  
 donatio. Et quāq; hæc donatio p̄cipue facta sit in die  
 sancto pentecostesq; (ultra solitū) plenitudo gratiæ  
 spiritus sancti operatiōe abūdātissima corda fidelium  
 repleuit, nihilominus etiā in isto die dñs Iesus ma-

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Luc<sup>e</sup> 24:  
1. Cor. 1.

gister bonus, discipulis suis spiritualia dona cōcessit,  
quando docuit eos expectare promissum patris, & q̄  
si de paruulis, quibus lacte opus erat, non solido cibo  
iam perfectos & viros constituit, ut statim ad virilia  
opera manum mitteret, puta ad instatiā & perseue-  
rantiam orationis, ad constantiam fidei, ad obserua-  
tiā iejuniorum. Ex decursu enim euangelij habetur  
manifeste, quod ad hæc erant (ad huc dñs Iesu cum  
ipsis ambulātē) ignari, ignavi, & imbecilles. Non em̄  
sciebant, quomodo orarent, ideo dicebat: Doce nos  
orare. Item, inconsistantes in fide, ideo dixerunt: Ad-  
auge nobis fidem. & a domino capto refugerunt. Nō  
iejunabant, & excusabat eos dominus: Non possunt  
iejunare, q̄diu cum ipsis est sponsus. Veniet autē tem-  
pus cum auferetur ab eis sponsus (hoc est, hodie) &  
tunc iejunabunt. Ecce charissimi fratres, tantillū de  
præsentī solennitate dictum sufficiat. Sed vt partici-  
pes esse valeamus tantæ gloriæ, tantæ libertatis, tan-  
tae donationis, admonere volo charitatē vestrā, vna  
mecū (sicut assuetus sum facere) simplici modo, & ro-  
go vt eadē charitate vos sumatis, quali ego offero, p  
pastorali cura, & solicitudine pro vobis. Studeamus  
nos omni diligētia & q̄tidiano exercitio tales exhibe-  
re, vt cum omnibus iustis p dona dei, & liberā capti-  
uitatē gloriose ad celos ascēdere mereamur. Ecce il-  
li sancti q̄ Christo ascēdēti associati fuerūt, nō dū al-  
cēderūt ad celos, prie loquēdo, q̄a nondū resumpe-  
rūt corpora sua, sed recepte sunt a iē eoz in loco ip̄is  
apto, hoc est, in celo, donec implearur numer⁹ fra-  
trū ipsorū cōsaluandorū, deo aliqd melius prouidēte  
p nobis, ne sine nobis cōsumarēt, corporibus resum-  
ptis, donec occurramus oēs in vnitatē fidei, & agniti-  
onis filii dei, in virū pfectū, in mēsurā etatis plenitu-  
dinis Christi, & simul rapiamur obuiā Christo in aera  
& tūc semp cū ipso erim⁹. Sicut ergo sancti primo me-  
rito ascēderūt & spiritu, q̄ spiritu & corpore simul, &

Matth. 6

Luce 17.

Matth. 9.

Apoc. 6

Heb. xi.

Ephe. 4.

1. Th. 4.

DE BON. DIVINA LIB. II Fol. 176.

nosita faciamus. Quātū fragilitas p̄mittit, semp cor-  
da sursum habeamus, nō sursum ad ali quē locū, sed  
ad dominū, q̄ p̄ceilit oia dignitate. Semp oculi nostri  
sint ad dominū, oculi inq̄ intelligentiæ p̄ illustratio-  
nem fidei: corda, i. volūtates, p̄ affectionem & amore  
& dicamus ei: Tibi dixit cor meū, exq̄suit te facies  
mea, faciē tuā domine regrā. Et subiūgam⁹: Quid em⁹  
mihi est in cœlo, & à te qd volui supterrā: Deus cor-  
dis mei, & pars mea, deus in æternū. Mihi adhærere  
deo bonū est, ponere in diño deo sp̄ē meā. Taliter as-  
cēdentes, captiuā ducam⁹ captiuitatē sensus nostros  
interiores & exteriores: q̄ proni sunt ad malū, misera  
diaboli & vitior̄ oppressi seruitute, qui habent alia  
legē in mēbris nostris capti, in eadē lege peccati, in q̄  
detinentur captiui ad diaboli voluntatē. Sensus no-  
stri est ipsa anima nostra rationalis, quæ in diuersis  
organis carnis existens, rerum particularium accipit  
cognitionē. Ipsa q̄ppe anima nō est tanri luminis, qd  
possit p̄ se agnoscere singularia, sicut angeli. Ideo das-  
tum est sibi corpus organisatum quasi instrumētum  
viuidū, p̄ quod ea cognoscere posset. Propter pecca-  
tū vero primor̄ parentū, corpus factū est mortale,  
& instrumētum corruptum. Ideo agrauat animā: q̄  
propter idē peccatum grauata est ex fomite, i. diffi-  
cultate faciendi bonum, & facilitate faciēdi malum.  
Cum igitur dicitur quod caro concupiscit aduersus  
spiritū, non est ipsa caro intelligenda, q̄a in ea nō est  
concupiscentia, vel peccatū proprie loquēdo, sed est  
aia in carne, id est, sensualitas quæ ex infirmitate cō-  
cupiscit aduersus rationem. De hac materia videatur  
sanctus Cyprianus in prologo libri de Cardinalibus  
operibus C H R I S T I: Sed ascendendo cogniti-  
one & amore in deum, quod utiq̄ homini glorioſissi-  
mum est, qui potest se ibi figere vbi angelus stare  
non potuit, dicit secum captiuitatem seipsum à re-  
bus infimis, quas per organa corporis p̄cipit eleuādo

Psalm. 24.

Psalm. 26

Psalm. 72.

Psalm. 67.

Gen. 6.

2. Ti. 2.

Galatas 5

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

&cohibendo, & liberando, & secundū dictamē recte rationis iplis vtendo, & in seruiturem Christū redigē do, vnde liber efficitur a peccatis, & diabolo. Istud videmus in virtuosis hominibus, qui aliquando iugo seruitutis diabolicæ premebantur, luxuria, gula, curiositate visus & auditus, & criminali recordatione morosæ cogitationis, ceterisq; vitijs sensuum seruiētes qualiter ascensione felicissima in deū prædicta oībus vitijs renuntrauerūt, captiuātes sensuī suos in obsequiū Christi, ornātes eos pulcherrimis virtutibus, castitate, abstinentia, continentia linguae, visus & auditus, memoriā habentes veterū peccatorū in amaritudine animæ, & non cū oblectatione, recordātes dominicam passionem, & similia dona dominantes sensibus humanis loco hominum, imo hominib; exempla bona præstantes. Qui ita ascenderunt, & scipios captiuos per dei gratiā duxerunt, glorificent deū, & alijs adhuc ascendendo laborantibus condoleant & opitulentur. Qui vero etiam post plenam conuersiō nem ad deum, adhuc tyrannicum ius peccatorum in sensibus suis sentiunt atq; imperiū, & se impelli violenter sentiunt ad gulam, ad luxuriam, ad complacentiā præteriorum delictorum, & ad cæteta vitia, nō sint pusillanimes. Sentire enim nō est consentire. Quod si ex infirmitate ceciderint, fortiter resurgent, insistent, auxilium domini requirant, ascendant pro posse, captiuitas eis tradetur. Ducent tandem sensus ad imperium rationis, ornabunt sensus suos optimis moribus, in die iudicij cum Christo & omnibus sanctis cœlos ascendent.

¶ Ascensio domini cuiusmodi pespererit gaudia, & de spirituali ascensione hominis.

Exhortatio. II.

**R**æbuit dominus Iesus seipsum viuum post passionem suam, in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis, (id est, A postolis) Actuum primo. Hodie na solennitate recolitur ineffabile gaudium, quod habuit dominus & saluator noster Iesus Christus cum omnibus sanctis, quos ex infelici & miserabili captiuitate diabolica per passionem suam eripuerat, & secum quadragesimo die post resurrectionem suam in vita glorioissima, felicissima atque liberrima captiuitate ducebat, quando cum ipsis ad cœlestia regna ascendit. O quale gaudium erat ipsis glorioso domino I E S V, victoriam & triumphum de diabolo reportanti in gloriam patris, & humani generis reparationem ad æternam salutem. O quale gaudium ipsis iam creptis & glorificatis secum in celum ascendentibus. O quale gaudium omnibus spiritibus cœlestis curia. Non enim minori iubilatione & gaudio recipere poterant de victoria gloriose reuertentem dei filium suum dominum, quam ducebant eundem in sua nativitate humana ad capum adhuc mortalem & pugnaturum. O quale gaudium gloriose semper virginis Mariæ matri eius virgineæ, & omnibus qui eundem dei filium in humana forma propria ascendere viderunt. Quantum aliquis alium diligat, tantum de suo profectu & bono successu gratulatur Ipsi vero, & pcpue mater eius diligebant eum super omnia, ergo maxime gaudebat. Qualiter autem piissimum filius matrem, & dulcissimus magister discipulos in recessu suo valefaciendo consolatus sit, & benedixerit & etsi mœror salutaris summo gaudio misceretur, pia deuota, & religiosa mœs penes seipsum reueluere potest. Si em (sicut ecclesia catat de sancto Martino) pius est gaudere cum Martino, & pius est fieri Martinum: cur non esset pius id ipsum impeditere Christo, cum utique incomparabiliter maior subfit causa? Amor Christi ineffa

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

bile gaudium subministravit propter gaudium & gloriam ipsius. Separatio vero eius & desiderium essendi cum ipso, pias lachrymas, sancta suspiria, atq; tristitia, quæ secundum deum est, salutarem praestabat. In celestibus nulla tristitia locum habere potest, sed sola lætitia. In terris vero lætis semper tristia miscetur. Idcirco ascendentibus cum Christo in cœlum, nulla tristitia esse poterat, sed bene in terris remanentibus. Et nos charissimi congaudeamus sicut boni filii dei, domino deo nostro, magistro nostro, redemptori nostro, amatori nostro, patri nostro Iesu Christo & omnibus alfinis eius, qui iam sunt secū in gloria & pijs suspirijs, & sanctis desiderijs, & veris affectib; ascendamus iugiter in cœlos, donec realiter ipsis sociari mereamur. Et hoc fiet in nobis, si post passionem in multis argumētis nos viuos præbere per dies quadraginta potuerim⁹. Resurrectio spiritualis (sicut in solennitate paschali diximus) per testimonium sacre scripturæ & angeli. i. conscientiæ, nec non & per diversa argumēta apparitionum. i. diuersas virtutes asseritur. Sed talis resurrectio & noua vita, non mereatur statim colos ascendere. Oportet enim eum qui sicut vere cum domino Iesu resurrexit, seipsum viuum præbere per dies quadraginta qui est numerus mysticus, sacer & perfectus. Numerus iste constat ex decē quater ductis. Omissis diuersis considerationibus, capiam⁹ per decē, decem dominica præcepta. Præcepta aut̄ dantur de actibus virtutum. Virtutes aut̄ ad quas oīs reducuntur, sunt quatuor, scz, prudentia, iustitia, fortitudo & temperantia. Præbere ergo seipsum viuum post passionē per dies 40. in multis argumētis, est post vitia & peccata & vitiosas passiones quæ anima affligunt, cruciant & occidunt, præcepta domini ea prudenter, iuste, fortiter & temperate adimplere. Non enim est possibile decem p̄cepta dominica adimplere sine præfatis virtutibus, iustū est deū colere qd

Sermōne 2.

DE BON. DIVINA. LIB. II. Fol. 178.

spectat ad religionē, q̄ est pars iustitiae, & parentes,  
qd spectat ad pietatem, & nulli negare quod vellet q̄s  
iuste sibi tribui, & nolle alteri facere qd nollet sibi fie-  
ri, quod spectat ad alias partes iustitiae. Et hæc omnia  
præcepta cīnica sonant. Et quia in hac vita quædam  
aduersa & dura in obseruantia mandatorum dei occur-  
runt, ita ut dicat manufortis Dauid: Propter verba  
labiorum tuorum ego custodiū vias duras, necessaria  
est in omnibus talibus animi fortitudine. Et ediuerso  
quia quædam blandiuntur, & emollire animū virilē  
moliuntur, in talibus necessaria est tēperantia. Sed si  
moderatrix prudentia defuerit ( q̄ auriga virtutum  
dicit) currus virtutū subuertit. Idcirco necessaria est  
prudentia ut videat, quis quas necessarias circumstā-  
tias obseruare debebit in virtuosis actibus diuinorū  
præceptorum. Prudentia, & si omnis in via dei ambu-  
lantibus necessaria sit, per maxime tñ feruentibus, q̄a  
de faciliter exorbitant & præcipitant se, ita ut perfices  
re iter virtutū non possint. Qui autem nouerit se mode-  
rari, tandem perueniet ad finem diez quadraginta,  
ad perfectionem sc̄ virtutū, occisis vitiis, moderatis  
passiōibus, & tunc sibi lumen aperietur, quo sibi sine  
periculo prospicere poterit, & alios consulere. Tunc  
occurrent omnia lucide & prompte, quæ antea erant  
ignota & difficilia. In admirabilem pacis & quietis  
locum se animus recipit, cum in perfectionis virtutū  
culmen ascenderit. Qui talis esse poterit se vtique in  
deo vivere probavit, sed nondum per certitudinem  
evidentiæ. Quia sicut Christus per diuersa argumen-  
ta suam resurrectionem astruebat, ita tamen, quod  
fides ( quæ est non apparentium ) de sua diuinitate,  
& etiam resurrectione in cordibus fidelium remane-  
ret. Sic etiam resurrectio spūialis & vita probatur, &  
præbet, ut tamen non sit certitudo evidentiæ, q̄a gra-  
tia dei in abscondito latet, & virtutes theologicas, q̄a  
solo deo infundūt, & vitā virtutibus p̄bēt, ex nobisip̄ s

Tobię. 4  
Matth. 7

Psalm. 10

t. glidq

et mili

1. dñs M  
gndis M  
e bilbif

1. dñs M

Actu. 1  
Hæbr. 12

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

non sunt, Idcirco euidenter scire non possumus, nec exhibere vitam animæ spiritualem. T'alia r'm omnia in futurj seruantur incerta, ita vt nesciat homo vtj amore an odio dignus sit. Habet nihilominus magnâ certitudinem & probamentum vitæ spiritualis qui mysticum quadragesimè numerum prout præmisimus, impleuerit. Hic iam potest ascendere in cœlum. Hic quia consurrexit vere cum Christo, quæ sursum sunt quærerit, vbi Christus est in dextera dei sedens, & quæ sursum sunt sapit, non quæ super terram. Hic dicere potest cum Apostolo: Nostra conuersatio in cœlis est, scilicet secundum animam, quæ secundum Augustinum verius est vbi amat, quam vbi animat. Hic sedet iuxta Isaiae vaticinium, in pulchritudine pacis & in tabernaculis iustitiae, & in requie opulenta. Hic gustat pacem dei, quæ exuperat omnem sensum. Excedit enim omnem dulcedinem. Gustari quidem potest, sed nemo effari. Hanc mundus dare non potest, recipi tamen in hoc mundo potest ab eo qui primo se ipsum pacificauerit, vt etiam filius dei dici meruerit iuxta illud: Beati pacifici, quoniam filii dei vocabuntur. Dicit Rabanus: Pacifici sunt, qui omnes motus animi componunt, & rationi subiecti sunt, quia his nihil repugnat, qui similes patri suo sunt, qui est summa quietis. Et vera quædam pax est, vbi nihil repugnat. Amplius de hac pace præparante hominem ad gustum dei, dicit Augustinus in libro de verbis dñi quod pax est serenitas mentis, ne scilicet intellectus errore obscuretur: tranquillitas animi, ne scilicet appetitus sensitivus inordinatis passionibus moueatur simplicitas cordis, id est, voluntatis, vt scilicet libere in deum dirigatur. Beatus talis mūdicens & pacificus, quoniam etiam in hac vita deum videbit & perfruetur. Non enim ita facile ignis sursum ascendere potest, sicut mens à creaturis purgata & in se pacifica, ascendere valet ad videndum deum & fruendum. Qui

Ecclesiastes 9

Colossians 3

Philipians 3

Isaiah 32

Matthew 5

Rabanus.  
Pacifici q.

Augusti.

vero sine hac pace ex virtutibus acquisita, secundū  
quod iam prædixi, putant se posse ad pacem dei per-  
uenire, & in deū ascendere, desipit & errat. Hic charissi-  
mi maxime ad nos Carthusienses spectat exhibito vi-  
tae spiritualis, ascensus in deum, fructus pacis, sicut ac-  
cipere possumus ex verbis meliflui Bernardi, scribē-  
tis ad Carthusienses. Ait enim: Altissima est profes-  
sio vestra, cœlos trāsit, pars angelis est, angelicæ simi-  
lis puritati. Non enim voulitis omnem sanctitatem,  
sed omnis sanctitatis perfectiōem, & omnis consum  
mationis finem. Non enim vestrum est languere cir-  
ca communia præcepta, neque hoc solum attendere  
quid præcipiat deus, sed quid velit, probantes que sit  
voluntas dei bona, beneplacens & perfecta. Aliorum  
est deo seruire, vestrum est adhærere. Aliorum est de-  
um credere, scire, amare, & reuereri; vestrum est sape-  
re, intelligere, cognoscere, frui. O quantum ab hac  
perfectione adhuc distamus fratres mei. Dominus Ie-  
sus, qui est pax nostra, secum ad cœlos corda nostra  
rapiat, imbuat, & perficiat.

Bernard.  
ad f.de  
monte dei

### ¶ Septem domini ascensiones imi- tandæ. Exhortatio III.



Enite ascendamus ad montem do-  
mini. Isaïæ secundo: In hac venerā  
da festiuitate Ascensionis domini  
nostrī Iesu Christi, venite charissi-  
mi & totis præcordialibus desideri-  
is ascendamus in montem domini,  
hoc est, in cœlum, ut aliquando rea-  
liter illuc peruenire valeamus. Et si est arduum val-  
de, ut peccatores, & pulueres & vermes ascendere  
possent ad tantum fastigium, non est tamen desperā-  
dum, quia ducem habemus fidem & veracem, omni-  
potentem & misericordem, volentem & potentem

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Suum promissum adimplere, dñm Iesum Christum: qui cum exultasset vt gigas ad currentam viam, ho die ascendit ad montem domini, & sedet ad dextram virtutis dei, Hunc ducem sequamur, nō temus viā q̄ cucurrit. Reliquit enim nobis exemplum vt sequamur vestigia eius. Quia si in cordibus nostris ascensiones viarum eius disposerimus, de valle lachrymarum, in domum domini latentes ibimus, eentes de virtute in virtutem, donec videamus deum eoz in Sion, Cæterum p̄sulpositis alijs imitationis domini vijs, ex serie sancti euangeli perpendiculariter septem ascensiones domini Iesu, in quibus eum scandendo sequi debemus. Primo ascendit de aquis Jordani in desertum, vt tentaretur & probaretur. Istū ascensum charissimi fratres iam fecimus. Post baptismata enim amararum lachrymarum penitentia, vel piarum lachrymarū maioris profectus, aut certe suauium lachrymarum æternæ vitæ ad desertum venimus Carthusianum, vbi non delitiatur, sed contunditur caro, vbi tentamur & probamur quales sumus, vbi tota vita nostra est militia & tentatio. Vbi monemur per S. Augustinum perseverare usq; in finem, ga tentatio p̄seuerabit usq; in finē, vbi vnicuiq; dicis nostrz à quodam: Fili accedens ad seruitutē dei sta in iustitia & timore, & p̄prpara animam tuam ad tentationem. Occurrunt enim nobis euntibus ad terram promissionis, & montem domini Amalec, Seon & Og in hoc deserto, vbi sunt serpentes igniti, & scorpio, & dispas. Istæ sunt diuersæ tentationes, inter has tentationes ambulamus per iter patientiæ, & peruenimus cum Christo ad probationem. Tribulatio enim patientiam operatur: patientia vero probationem. Quod enim fornax auro, quod lima ferro quod flagellum grano, illud confert tribulatio iusto, Secundo ascendit dominus in montem Thabor, vt transfiguraretur. Hic ascensus est nobis summe ne-

Psalm. 18

Iohan. 13

Psalm. 83

Psalm. 122

Psalm. 83

Iohann. 1

Matt. 3. 4

Iob. 7

Augustin.

Ecclesi. 2

Nume. 21

Deutero. 3

Roman. 5

Matth. 17

## DE BON. DIVINA LIB.II. FOL.180

cessarius, ne in temptationibus per pusillanimitatem  
 deficiamus. Igitur ne luctum & laborem intermina-  
 bilem, aut inutilem arbitremur, Christi transfigura-  
 tionem attendamus, & eandem gloriam spe certa ex-  
 pectemus: quia cōfigurati corpori claritatis eius, h̄cē Philip. 3  
 des erimus dei, cohāredes autem Christi. Ipse em̄ ait Galat. 4  
 Volo pater, vt vbi ego sum, & illi sint mecum, vt vi- Iohan. 17  
 deant claritatem meam, &c. Et alibi: Vbi sum ego, il Iohan. 12  
 lic & minister meus erit. Sed quia spes parit multitu-  
 dinem gaudiorum, ne lāetitia secura sit & torpens, ad  
 ascensum hunc ambulare debemus per viam timoris  
 quia dicitur nobis: Exultate ei cum tremore. Beatus Psalm. 2  
 enim est homo, qui semper est pauidus. Adiunctæ Prouer. 28  
 enim sunt fibiñnicem duæ istæ molæ timor & spes,  
 inter quas molimur, quas loco pignoris accipi prohi-  
 buit Moses. Tertio habemus in euāgelio, quod domi-  
 nus Iesus ascendit ad montem orare solus. Ex quo Lucae 4.  
 enim spes transfigurationis nostræ differtur, affigit  
 animum. Ne animus ergo dormiat, ascendere debe-  
 mus in montem & orare. Oratio quippe est ascen-  
 sus mentis in deum. Quod melius perficimus soli Oratio.  
 quam comitati. Ne autem oratio ipsa fiat in pecca-  
 tum, ambulandum est per viam deuotionis. In hoc  
 ascensu est conformitas voluntatis nostræ ad diui-  
 nam. Omnem ergo orationem & petitionem no-  
 stram condire debemus, dicendo: fiat voluntas tua, Matth. 26  
 Et non sicut ego volo, sed sicut tu. Quarto domi-  
 nus Iesus ascendit in montem cum discipulis suis,  
 quando doctrinam E V A N G E L I C A M tra-  
 didit. Huc ascendamus fratres, & discamus nouum Matt. 5. 6.  
 testamentum, quod latebat sub umbra veteris. A. 7. 8  
 scandamus per viam meditationis, meditantes in le- Psalm. x  
 ge domini die ac nocte. Beati em̄ sunt, qui scrutātur Psalm. 118  
 testimonia eius. Cognita vero veritate, dandū est ta Prouer. 5  
 lentū ad v̄surā, diriūdi sunt fontes nostri foris, vt Psalm. 43  
 abyssus abyssum imuocet, & cortina cortinā trahat,

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

**Matth. 21** Quinto ascendit Iesus asellum. Et nos subiugale ani  
mal ascendamus, de quo dicit Apostolus Paulus: Ca-  
**1. Cor. 9** stigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Corpus  
itaq; nostrum est animal subiugale, quod insidere de-  
bemus, id est, per rationem subigere, & gubernare,  
**Numer. 22** ac eius seruitio vti. Non licet nobis hoc iumentum  
ad modum Balaam prophetæ insipientis, latera eius  
fusse cedendo ad iter prauum impellere, aut gladio  
**2. Petr. 2** interficere. Alias sicut subiugale animal hominis vo-  
ce loquens prohibuit prophetæ insipientiā, ita ipsum  
corpus corriperet animæ rationalis insipientiā, si hu-  
mana lingua loqueretur dicēdo: Tu ministerio meo  
vteris in peccatum, propter quod tamen tibi commē-  
datum non sum. Stomachus diceret: Tu me grauas  
cibo & potu. Caput diceret: Tu me grauas fumo ei-  
bi & potus. Simili modo cætera membra loquerent.  
Ita diceret totum corpus: Tu me interficis non præ-  
bendo necessaria, aut quia nimis me grauas, &c. Ita-  
**Roma. 6** que ascendendum est super asinum vel asellum per  
viam temperantiæ, vt sicut seruerunt membra no-  
**Psalm. 118** stra immunditiæ ad iniquitatem, ita temperentur ad  
seruendum munditiæ ad iustitiam. Hoc Psalmista  
imprecatur dicēs: Confige timore tuo carnes meas.  
**Roma. 12** Sed contra nimietatē Apost. monet dicens: Si ratio-  
nabile obsequium vestrum. Sexto ascendit domi-  
**Iohan. 12** nus Iesus in crucem vt exaltaretur, iuxta illud: Cū  
**Cantic. 8** exaltatus fuero à terra, &c. Et illud Cantico: Ascē-  
dam in palmam. Ista exaltatio significat statum per-  
fectionis. Hunc ascensum faciunt, qui carni & seculo  
**Galatas 6** mortui sunt, quibus cum Apostolo mundus crucifi-  
**Lucæ 9** xus est, & ipsi mundo, qui audiunt & sequuntur, tol-  
le crucem tuam quotidie, & relinque omnia quaे ha-  
bes, & sequere me, &c. Ad hanc perfectionem ex vo-  
to nostro tendere tenemur, ex quo hunc statum af-  
sumsimus. Quapropter crucem in oculis hominū  
circumferimus in habitu nostro. Via vero facilior &

compendiosior ad istam excellentiam est obediētia.  
 Christus enim dominus per istam viam ad crucem  
 peruenit, patri factus obediens usq; ad mortem, mor- Philip. 2  
 tem autem crucis. Extra obedientiam vix, aut raro fi-  
 unt homines perfecti. Obedientia enim tanquā cru-  
 cis patibulum omnia membra hominis immobiliter  
 astringit. Non potest ambulare cum velit : & posita  
 est custodia ori eius. Sic arcta sunt membra, ne lice-  
 at eis debita explere officia: victum, habitum, incels-  
 sum, gustum, somnum, orationem, exhortationem,  
 lectionem, non in suo, sed in alterius constituit arbitrio. Psal. 140.  
 Septimo dominus Iesus ascendit in cœlum.  
 Post crucem ascendit in cœlum: quia oportebat Chri-  
 stum pati, & sic intrare in gloriā suam. Sic nos post  
 palnam victoriæ omnium-vitiorum in cruce obedi-  
 entiae per viam perseverantiae ascendemus in mon-  
 tem domini. Quia solus qui perseverauerit in finem  
 saluus erit. Hæc est via, iusti intrabunt per eam, & nō  
 transibit per eam incircuncisus & imminndus, nec ali- Matth. 10  
 enus, sed qui redempti & saluati fuerint a domino, Isaiæ 52  
 cum exultatione portantes manipulos suos. Ibi vide  
 bitur deus deorum in Sion, nō per speculum, sed ad  
 oculū, non in ænigmate, sed in facie. Ad quā visionē  
 recipiat nos, qui hodie præcessit nos, cum venerit  
 iudicare nos Iesus Christus dux noster, iudex & ad-  
 vocatus noster.

Lucæ 24.

Psalm. 23  
Matth. 10  
Isaiæ 52  
Psalm. 83

## ¶ Sex itinera eundi ad patrem.

## Exhortatio III.

**R**elinquo mundum, & vado ad patrem. Iohan-  
 nis decimo sexto. His verbis innuebat domi-  
 nus Iesus discipulis suis, quod mundum erat  
 deserturus præsentia corporali, iturus per passioñem  
 & ascensionem tanquam per quasdam intermedias  
 vias: quarum una fuit tardior, altera velocior, imo  
 velocissima, ad patrem tanquam ad finem optatum,

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Grego.

De hoc ascensu est præsens solennitas. Et quia oīs Christi actio, nostra est instructio, placeat nobis ut mundum, qui totus in maligno positus est relinquamus, & eamus per intermedias vias, quarum una tardior videtur, eo quod nunc agitur, sc̄ per passionem crucifigendo carnem nostram cum vitijs & concupiscentijs, & per secundā eūdo velocissime post mortē ad patrem tanq; ad finem ultimum satiantem omne desideriū nostrum, & totam capacitatē nostrā adimplētem. Hoc est em quod cū Philippo dicimus: Ostēde nobis patrē & sufficit nobis. Retardant autē cōmuniter homines venire velociter ad hunc finē, qā ignorant, aut negligunt ambulare itinera p̄fata; intermediarum vararum. Quāpp̄ter volo charitati vestrā demonstrare aliqua rectissima & optima itinera, & hor

Iohan. 14

I. tari ut illa expedite ambuletis, & sic ad patrem citissime peruenietis. Primum iter est iter martyrii. Istud iter est optimum, breuissimum atque certissimum. De hoc est communis sententia doctorum, q̄ qui martyrium suscipit, p̄ fide Christi, vel etiam p̄ q̄cunque virute conseruanda, vel exercenda, decedens, immedia te ingreditur celum. Vnde inquit sanctus Cyprianus O delicata passio, & gloria confessio, absolutus p̄ martyrium anima à vinculo carnis, & in celo cū triumpho eleutur ab angelis. Et propterea dicitur extra de celebratione missarum. c. Cum Matth. Quod iniuriā facit martyri, qui orat pro martyre. Quia orans pro martyre, denotat eum eius suffragio indigere, quod falsum est, cū iā certissime puererit ad celū. Et hoc multis exemplis ostendit deus, ut patet in

II. legendis sanctorū. Secundū iter est purgatio baptismalis, cuius effectus est, ut sanctificatus intret in regnum cœlorū. Quod intelligendū est, nedū de pueris, q̄ actu alia peccata nō fecerūt, sed etiā de adultis, q̄ tacunt peccata, ppria originali addidissent. Ad hoc ostēdēdū baptisato Christo, apti sunt cœli, & vox patris intos

Cyprianus,

nuit. Hic est filius meus dilectus, quod intelligendum Matth. 3  
 est non solum de Christo, sed de quoq[ue] baptisato & 17,  
 debite, in quantum sc̄z est filius per adoptionem. Fi Lucæ 3.9.  
 lio autem debetur paterna hæreditas. Sed sicut filius  
 naturalis non potest bis à matre secundū carnē nasci  
 sic nec adoptivus potest amplius in baptismō adopta-  
 rī, ergo istud iter est nobis dudum baptisatis clausum  
 Idcirco optet ad aliud iter accelerare. Tertiū iter est III.  
 iter cōpunctionis. Non tamē oīs cōpunctio seu cō-  
 tritio valer immediate conducere in cœlū, sed illa q[ui]  
 tam intensa est, qd aufert culpā & pœnam. Hanc ha-  
 buit Dismas latro, crucifixus cum Christo à dextris Lucæ 23  
 ideo audire meruit: Hodie tecum eris in paradiſo. Lucæ 7,  
 Hanc habuit Maria Magdalene, qñ dimissa sunt ei  
 peccata multa. Hanc quēdam meretrix habuit, quæ  
 audita p̄dicatione, cū tāta cōpunctiōe & lachrymazē  
 effusione a confessionē accessit, q in pcessu ipsi⁹ præ  
 dolore mortua fuit. Et cum cōcionator(dubitans de  
 eius salute)recommendaret eam populo, vox de cœ-  
 lo auditā est, q[ui] non indigeret illa eōrū orationibus,  
 sed potius ipsi suis. Immediate em̄ euolauerat ad res-  
 gna cœlestia. Quartum est iter p̄fectionis, de quo di-  
 citur in Proverbijs: Iustorum semita quasi lux splen-  
 dens procedit, & crescit usque ad perfectum diem,  
 id est, perfectam conuersationem. Hæc perfectio con-  
 sistit in perfectissima charitate quæ secundum Apo-  
 stolum, est vinculum perfectionis. Heu charissimi  
 fratres, hæc adhuc longe est à nobis. Attendamus si-  
 gna eius, ut agnoscamus imperfectionem nostram.  
 Sunt enim signa eius martyri⁹ desiderium pro dei ho-  
 nore & proximi salute, carnem experiri spiritui sub-  
 iectam, sedatum se fore satis à passionibus (& si ali  
 quantulum interdum insultum aliquem patiatur,  
 quia hoc non est contra perfectionem) cogitatio-  
 nibus turpium non multum molestari, per contem-  
 plationem animum suum cum deo occupari, concipe

Prou. 4.

Coloss. 4

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

te visionis eius affectum, peccati odium, mundi fasti  
diuin, vitam praesentem habere in patientia, & mor-  
tem in desiderio, in alijs exercitijs (nisi quantum char-  
itas vrget) non delectabiliter occupari, sed magis  
contemplationi & lectioni vacare. Per hoc iter hor-

Gene. 17.

tatus est dñs Abraham incedere, dicens: Ambula co-  
ram me, & esto perfectus, id est, totaliter dirige men-  
tem tuam ad me, omnia ad me referendo, & mea vo-  
luntati ac beneplacito te subiiciendo, & sic eris perfe-

Psalm. 118

Philip. 1

ctus. De hoc ipso habetur in Psalmo: In toto corde  
meo exquisiu te. Hoc perfectionis iter intrauerat  
Apostol⁹, qn dicebat: cupio dissolui & esse cū Christo.  
Hoc iter impleuerant sancti, Paulus primus eremita,  
Benedictus, Bernardus, Ludgerus & alij multi,  
quibus post eorum obitum statim aperti fuerunt ce-  
li, vt patet in legendis ipsorum. Ad ambulandum hoc  
iter perfectiōis, institutus est sacer ordo noster Car-  
thusiensis, sicut & omnes aliae religiones. Cæremonie  
vero & statuta, sunt quædam adminicula ambulan-  
di facilius hoc iter. Qui ergo cæremonias bene obser-  
uauerit, & secundum statuta se regulauerit, & secun-  
dum dictamen recte rationis (quod homini propriū  
est) in omnibus moralibus virtutibus vixerit, & in  
his feruenter, non tepide progrediendo, non retroce-  
dendo, voluntatem propriam abnegando, superiori-  
bus non detrahendo, non otio & confabulationibus  
murmurationibusq; vacando, sed potius pijs exerci-  
tijs, scilicet orationi, deuotioni, contemplationi, & at-  
tentione in diuino officio cum omni reuerentia & vi-  
gilantia diuinis laudes persoluendo, & in his bonis  
omni laude dignissimis se infimum æstimando, per-  
seuerauerit, & ad perfectionem peruenierit, cœlum si-  
bi a pertium haud dubium post mortem experietur.  
Quāuis enim in religione nonnulli perdite ac damna-  
biter viuant, ipsa tamen religio propterea non est  
mala, sed optima, & status perfectionis, & tanti pri-

Religiōis  
priuilegia

VI.  
DE BON. DIVINA LIB.II. Fol. 183

uilegi, ut in sui susceptione omnia peccata & eorum  
penas relaxet, secundum sanctum Thomam, & alii  
os doctores. Et quia bonum non minoris est virtus  
tis aut efficacie, quam malum, idcirco sicut aliquis  
mente retractans malum quod fecit, & inde gaudes  
& complacens sibi in illo malo, consensemque prebens  
a novo peccat. Sic etiam religiosus recordans profes  
sionis sua, & complacens sibi in eo, & consensem pre  
bens effectum primae professionis consequitur, scilicet  
remissionem omnium peccatorum atque penarum.  
In isto itinere charissimi fratres nos constituti sumus  
prospiciamus quod caute ambulemus, ut fructum hu  
ius itineris percipere mereamur, & post finem huius  
vitae statim in celum euolare ad patrem valeamus.

Quintum iter est iter tribulationis, Vnde Sapiens:  
Iustum (ait) deduxit dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum dei. Et paulo post: Honestavit illum  
in laboribus, quasi labores & tribulationes sunt viæ  
rectæ, per quas ostendit deus perueniri ad regnum  
suum. Et in Actibus dicitur: quod per multas tribula  
tiones oportet nos intrare in regnum dei. Hoc figura  
ratum fuit in filiis Israel, qui per desertum ducti fues  
runt in terram promissionis, in quo deserto maxis  
mos labores & tentationes sustinuerunt. Pauci tamen  
intrauerunt terram promissionis, quia pauci bene  
venerunt tribulationibus. Non omnis tamen tribula  
tio liberat hominem a peccato & pena, sed solum cō  
tritum & humiliatum. Nec etiam liberat a toto, sed  
plus & minus, secundum patientiam & deuotionem  
sustinentis. Vnde aliquis posset tanta sustinere, & tam  
patienter & deuote, quod plene purgatus in fine subs  
ito ad celestem patriam euolaret. Exemplum de La  
zaro mendico, & de sancto Seruulo, ut refert sanctus  
Gregorius quarto Dialogorum. Sextum iter est in  
dulgentiarum, quas dicuntur plenariæ concessæ par  
ticularibus personis in articulo mortis, vel alicui ec  
Sapien. 10  
Actu. 14  
Psalm. 50  
VI.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

clesiæ, quas solus papa potest conferre ex rationabili causa, & discrete, ex thesauro ecclesiæ sibi cōmisso, qui thesaurus constat ex merito infinito passionis Christi, & meritis sanctorum. Recipiens etiam debet implere quod iniungit in forma indulgentiæ, cum plena deuotione & cōfessione, ac firmissimo proposito cauendi de cætero peccata, &c. Et talis secundum Ray. & Hosti. decedens, immediate ad cœlum euolat. Hoc iter est delicatorum, & nō legitime pro corona cœlesti certantium. Vnde parum respectu cæterorum habebunt de præmio essentiali (cæteris paribus.) Est etiam minus securum, quia multa requiruntur ad indulgentias, tam ex parte dantis ex causa, quam etiā ex parte promerentis. Quapropter consuluntur omnibus, quodd promereri studeant plenarias indulgentias, quoties eis offeruntur, sicut fecit Sancta Catharina de Senis, in extremis utens quater indulgentias plenarijs, vt si in uno defectus esset, in alio effectum sortiretur. Indulgentiæ etiam totaliter committuntur diuino beneplacito, sine quo nullus eas prometri valet. Habeat ergo necessarium est, amicum deū, qui eas voluerit promereri. Felix per omnia est, q ex itinere perfectionis deuenire posset ad iter matritum, sicut cōcessum fuit sancto Mennæ. Expediamus ergo nos charissimis intermedij vijs supra nominatis per aliquod horum itinerum, vt post dominum nostrum Iesum Christum velocissime venire valeamus ad patrem.

**D**e lapsu nostro in primo Adam, & ascensione per secundum, id est Christum. Exhortatio. V.

Gene. 5.

**A**Scendit in cœlum. Ex symbolo Apostolorū A gaudijs paradisi ad luctum vallis miseræ à vita ad mortem, à felicitate perpetua ad do-

DE BON. DIVINA LIB. II Fol. 184

Iores & pericula inferni, lapsum fecimus. Et cadendo non solum in lutum vitiorum (dei similitudinem a-  
mittendo) sed etiam super lapidem ossa nostra quas-  
sando & frangendo. i. fortitudinem resurgendi per-  
dendo, cecidimus. Itaq; secus infernum dissipati iace Psal. 140  
mus infernalium bestiarum impetum, leonis circum-  
euntis & querentis deuorationem, lupi rapacis ra- 1. Petri 5  
ptum, draconis tractum, pauidi ac tremuli expectan-  
tes. O quis fremetiū bestiarum, & inquirentiū nos  
perdere astutissimorum dæmoniorū astutiā atq; cona-  
tum euadere poterit? Certe pereuntium comparatio-  
ne euidentium numerus parvus est: veritas testatur  
ineuangelio. Sed nunquid vñq; ad internationem hu-  
mani generis iusti iudicis ira desquit? Vere idem ipse  
misericordiarum pater existēs, non continuuit in ira  
sua misericordias suas, sed misit nobis saluatorem &  
propugnatorem, & ducem vñigenitū charissimū fili-  
um suū, qui mundaret nos ab omni sorde vitiōꝝ, cō  
solidaret ad vitam bonorū morū, deduceret per viam  
meritorum. Attendamus ducem nostrū, ascendamus  
post eum, vt de terra miseriæ & omnī malorū, tan-  
dem venire valeamus ad gaudia cœloꝝ. Legimus in Matth. 24  
euangelio multas ascensiones saluatoris, & ducis no-  
stiri Iesu Christi, Baptisatus confestim ascendit de a-  
qua. Et ecce aperti sunt cœli, spūs sanct⁹ in specie co-  
lumbæ descendit, & mansit sup eū, & vox facta est  
dicēs: Hic est filius meus dilectus, &cæ. Gaudeamus  
fratres, quia baptisati sumus, quia post ducem nostrū  
ascensum magnum fecimus. Cœlum tunc nobis aper-  
tum est, & ad eius gloriam ascripti sumus in libro vi-  
uētiū, à porta inferni abstracti sumus. Spiritus san-  
ctus cum omnibus charismatibus omnium virtutū  
atque donorum in nos descendit in columbae specie  
quia ornādo nos deo, innocentiam donavit. Vnde à  
sordibus originalis culpæ mundati sumus, & dei  
in nobis similitudo reparata est: Dictumquē est

Matth. 24

Psalm. 78

Matth. 3

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

sup singulos à deo patre : Hic est filius meus dilectus  
in quo mihi complacui. Itaq; in adoptionē filiorū dei  
recepti sumus, & in hæredes eius. Cohæredes vero va-  
nici filij ei⁹ naturalis Iesu Christi. Sicut fortitudo nos-  
bis restaurata est, in lapsu quassata, & contracta: quia  
dedit nobis potestatem filios dei fieri. Dixit: In quo  
mihi complacui: quia gaudium domini (ut habetur  
in Esdra) est fortitudo nostra, imo salus nostra, & be-  
atitudo nostra gaudium eius est. Felix est nobis iste  
ascensus, si permanserimus in eo. Sed sicut Adā maxi-  
mus ab originali innocentia, ita & nos ab innocentia  
restituta lapsi sumus, nedum semel, sed vicibus innu-  
meris. Prohdolor, illud Hieremīz dominus dicere  
poterit animæ nostræ: Quām vilis facta es nimis, ite-  
rans vias tuas. Vere vilis, quia de filio dei ornato &  
pulchro, & tantæ dignitatis factus est filius diaboli  
turpissimus, imo seruus & vile manscipium eius. Et a-  
nimæ sponsa Christi, facta est prostituta dæmonis. Ni-  
hil in vniuerso vilius eo. Sed non est peccatoribus  
de salute desperandum. Attendamus ducem nostrū:  
Ascendit eīn in nauiculam. Ascendamus & nos in ta-  
bulam pœnitentiaz, & in mari vitæ huius amaritudi-  
nibus nos impleamus. Sit quasi mare contritio nos-  
tra, sit in confessione amara confusio adducens glos-  
riam, sit in exercitijs ac laboribus amara satiſfactio.  
Perseueremus super tabulam, vtique ad portum sa-  
lutis, & ciuitatem nostram cum I E S V duce no-  
stro perueniemus. Ecce charissimi fratres, duos as-  
census fecimus, primum ignorantes in infantia es-  
gimus. Secundum à diebus discretionis scientes in-  
choauimus, & in ipso moramur. Quem vt consol-  
te perficeremus, consulte in hoc mari procelloſo,  
ad finum religionis declinauimus, nedum securiores  
effecti sed etiam fructuosiores, digniores pœnitentia-  
z fructus ferentes. Et videte, gloriosior nobis  
ascensus ē vicino in monte T H A B O R Christo

Roma. 8

Iohan. 1

Esdræ. 8

Miche. 8

Hiere. 2.

Matt. 4.

Thre. 2.

Eccle. 4

DE BONI. DIVINA LIBII. FOL. 185

ascendente & ducente (prout testantur Euangelistæ) Matt. 17  
paratur, vbi I E S V S transfiguratus est ante suos Lucæ. 9  
Facies quippe eius resplenduit sicut sol, vestimenta  
autem eius facta sunt alba sicut nix. Hic est ascen-  
sus gloriosus, cum homo primo tenebrosus & niger  
a viciosis operibus, affectionibus, cogitationibus, in-  
tentionibus depuratus, in operibus iustitiae transfor-  
matus, lucere coepit, pximis sicut sol iustitiae in vir-  
tute sua, amictus lumine sicut iustitiae indumento,  
blandus bonis, terribilis malis, blandus in vestimen-  
torum candore, terribilis in vultus fulgore. Post glo-  
riosum hunc ascensum, sequitur specialis quidam as-  
census in mentis tranquillitate: & hic firmat præce-  
dentem. Fit autem ascensus iste per patientiam, que  
opus perfectum habet. Vnde secundum beatum I I C O . 1 .  
T H O M A M , octaua beatitudo non est nisi fir-  
mitas præcedentium beatitudinum. Est autem hæc Matt. 5  
Beati qui persequitionem patiuntur propter iustitiæ  
&cætera. Patientia autem æquanimiter aliena mala Patientia  
tolerat, nec propter ea a via iustitiae declinat, sed po-  
tius mala irrogantibus compatitur. Signatur autem  
iste ascensus in ascensu domini I E S V dicentis: Ecce Matt. 20  
ascendimus Hierosolymam, & filius hominis trade Mar. 10.  
tur & cætera. H I E R V S A L E M interpretatur Luc. 18  
visio pacis. Ad quam visionem duo nos ducunt, sci Hierusalē  
licer passionis & compassionis promptitudo. Hinc interpræ-  
I E S V S ascends Hierusalem ad patiendum, etiā tatio.  
compassionem exhibuit, cum videns ciuitatem fle-  
uit super eam. Felix ascensus, in quo possidemus a  
nimas nostras, per quem & contregnabimus. Post as-  
censum in tranquillitate animi per patientiam, statim  
sequitur ascensus in contemplationem: de qua san-  
ctus A V G V S T I N V S dicit in libro de Trinitate Augusti-  
te: Contemplatio est illa species quæ rapit omnem a-  
nimam desiderio sui, tanto ardenter q̄to mundiorem  
& tanto mundiorem q̄to ad spiritualia surgente, tāto

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

ad spiritualia surgentē, quāto cardinalibus affectibus  
& terrenis desiderijs morientem, Hæc haberi nō pos-  
sunt mēte turbata. Quia (vt dicit Gregorius quinto  
Moralium) nunquam commotioni contemplatio iū-  
gitur, nec p̄r̄eaulet mens turbata conspicere, ad qđ  
vix tranquilla valet inhiare. Signatur aut̄ hic ascen-  
sus per ascensum domini in templum, vbi omnes eie-  
cit de templo. Sic oportet omnes turbas cogitatio-  
num & affectuum, & inquietudines ejscere de tem-  
plo contemplationis. Post contemplationem sequi-  
tur ascensus in perfectiōem charitatis, sicut post cho-  
rum cherubin sequitur chorus seraphin. Quamuis  
enim sine amore conditoris (qui charitas appellat) nequaquam contemplatio celebretur, tamen quanto  
quis in cognitione dei profecerit, tanto amplius in  
amorem conditoris inflammatur. Finis enim contē-  
plationis est per amorem in conditorem quiescere.  
Hunc ascensum dominus Iesus demonstrauit, quan-  
do p̄r̄ magnitudine charitatis crucem ascendit. In  
qua ascensione potissima nobis inditia charitatis rel-  
quit. Vnde dicit: Maiores hac dilectionem nemo ha-  
bet, quām vt quis animam suā ponat pro amicis suis  
Superexaltauit ait dilectionē suā, ponendo aliam su-  
am etiā pro inimicis suis. Supremus ascensus Christi  
hodierna solemnitate exhibitus est: quādo super oēs  
cœlos ascendit, de quo in Symbolo: Ascendit in cœlū  
Et p̄ hūc ascensum noster in patria ascensus designa-  
tus est. Ait em̄: Vado parare vobis locū. Illum. s. quē  
post eū ascēsuri fumus. Locus qđem paratus est à do-  
mino. Nos vero parari ad ascensum illum per p̄fatos  
ascensus debemus, & infatigabili desiderio ad illū an-  
helare. Specialiter cū oramus in dñica oratione, Ad-  
ueniat regnum tuū, liquefcere debet aia nostra & ne-  
dum nūq̄ frigescere, sed semp̄ magis desiderio inflā-  
mari. Regnū dei, est videre dñi sicuti est, & diligere  
eum sicut amandus est, & ex visu, & amore fructio,

Greg.

Iohann. 2

Iohan. 15

Psalm. 47

Ephesi. 4

Iohan. 14

Matth. 6

VI.  
DE BON. DIVINA LIB.II. Fol.186.

quod est gaudiū superans oēm sensum. Ecce regnum dei, quod debemus cogitare cū oramus. Quis digne o pīat illud? Quis intelligēs & sentiēs hoc, nō in amo rem eius rapis? Adepto illo regno, sequeā laus sancti ficans nomē patris; & hoc est illud halleluja, qd audi uit Iohan. cantari in celo. Sed nemo ad hāc laudem idoneus est, neq; aptus illo regno, nisi q fecerit volūtatem eius, q implere negt, nisi comederit panem dei quotidianū, i. fretus diuino auxilio. Ad oīa aut̄ ista in dignus est peccator. Quapropter remissio peccator̄ præteritor̄, & euasio futurō necessaria est. Quātū ergo miseria præsentis vitę sustinet, iugi desiderio ascendere debemus in regnū dei. Et q̄ inter oīa exercitia spiritualia non est, q immediatius coniungit anīma deo, q sumendo in sacramento & visibili signo deum (quia si digne hoc peragit sacrificiū, anima in trāt in deū, & de⁹ in eā, efficit q̄ ex duobus vñs spūs) debemus charissimi fratres pro tunc ad momentum ascendere in regnū dei, visu, amore, gustu, & tacito clamore, cātare halleluja. Quod si ad hāc adhuc ins firmus est animus, propter carnem, & seculū, & alia mactet carnalia desideria, & seipsum, & oīa in presen tia Iesu pro se mactati, cuius sanguinem videt separatim à corpore, quamuis non separatum. Deberent tamen omnia exercitia præcedere, & in illo momen to, si ad collectionem & effusionem spiritus necessariū fuerit, vt sit communiter, per exercitia siue dominicāe passionis, siue mortificationis, breuissime as sumpta, saltum facere in libertatem spiritus, siue col lectionem, siue effusionem, ad gustandum deum.

**¶ Quid sit iubilatio. Exhortatio VI.**

**A**scendit deus in iubilatione. Psalmo quadra gesimo sexto. Verbis istis Psalmi innuitur, qd dominus noster Iesus Christus verus deus, hodierna solennitate celos ascenderit in iubilatiōe.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Hæc iubilatio referri potest ad diuinitatem eius, & ad  
humanitatem. Si ad diuinitatem eius refertur, illa est  
purissima & perfectissima, & prosus infinita, & origo  
omnis iubilationis tam in hominibus, quam in ange-  
lis. Est origo omnis iubilationis, quia non est illa ve-  
ra iubilatio, nisi concepta fuerit de solo deo. Et ista  
iubilatio non prouenit dominino Iesu ratione suæ as-  
censionis, sed inest ei à natura. Hæc enim iubilatio  
est diuina essentia. In deo quippe non est aliquid ac-  
cidentale donum, sed quicquid in deo est, hoc est es-  
sentialia sua & natura, & incommutabilis substantia.  
Est igitur deus iubilatio ipsa immensa æternaliter  
subsistens. Sed dicit aliquis: Quid importat aut signi-  
ficat iubilatio? Hic oportet loqui de humana iubila-  
tione, ut per eam diuinam nobis vtcumq; iubilatio  
innoteat. Est vero iubilatio gaudium cordis, quod  
nec verbis explicari potest, nec penitus reticeri. Iubi-  
latio hæc differenter habetur ab hominibus, vel se-  
cundum quod participat gaudium magis vel minus,  
vel secundum quod sunt exercitati in spiritualibus  
exercitijs magis vel minus, vel secundum quod ha-  
bent naturalia dura vel mollia, &cæ. Et hæc faciunt  
gaudium, vel contegi in corde, vel erumpi foras ma-  
gis & minus. Et igitur iubilus vel iubilatio gaudium  
de deo. Gaudium vero, sicut & multa alia, ortum ha-  
bet ex amore. Vnde Rabanus: Amor diuinus est i-  
gnis in meditatione mentem purificans à sordibus

Iubilatio.

Rabanus.  
Amor di-  
uinus.

vitiorum, lux in oratione, mentem irradians clarita-  
te virtutum, mel in gratiarum actione mentem dul-  
corans dulcedine diuinorum beneficiorum, vinum  
est in contemplatione, mentem inebriâs iucunda &  
suaui dulcedine, sol est in æterna beatitudine menté  
clarificans serenissimo lumine, & suauißimo calore  
exhilarans ineffabili gaudio perenni iubilatione. In  
ter omnes autem appetitivas operationes, inuenitur  
amor esse principium, quo sublatu, neq; gaudiū crit

## DE BON. DIVINA LIB. II. Fol. 187

Si adipiscitur aliquis quod non amat, neq; tristitia si  
impediatur ab eo quod non amat: si videlicet amor  
tollatur, & per consequens tolluntur omnes appetiti  
uæ operationes, quæ quodammodo ad gaudium &  
tristitiam referuntur. Diligentissime obseruanda sunt  
hæc ijs qui volunt bene & laudabiliter gaudere, & no-  
lunt inutiliter contristari. Item ijs qui nolunt male  
gaudere, & volunt utileiter contristari. Videant ij qd  
amat. Regulent amorem suum. Ametur solus deus  
& alia in deo, & propter deum, & erunt regulata gau-  
dium & tristitia. Ut vero ad radicem iubilationis per-  
ueniamus, scrutemur vleriora. Nihil amatur nisi bo-  
num, vel sub ratiōe boni: nec bonū amatur, nisi cogni-  
tum. Omnem enim cognitiōem sequitur appetitua  
operatio, & primo amor. Qui si non sequatur, non se-  
quitur etiam gaudium vel tristitia. Radix igitur iubi-  
lationis est cognitio. Amor vero boni adepti, est cau-  
sa vicinior gaudi illius, quod dicitur iubilatio. Non  
enim omne gaudium est iubilatio, sed solum illud qd  
de deo cognito & amato habetur. Ad iubilationem  
igitur requiritur cognitio & amor dei. Cum ergo in  
deo sit perfectissima sui ipsius & omnium cognitio, &  
purissimus amor, sequitur quod in deo sit etiam iu-  
bundissimum gaudium & iubilatio. Quæ omnia cum  
non sint in deo accidentia, sed eius substantia atq; es-  
sentia: eapropter sunt etiam immensa, incommuta-  
bilia & infinita, excedentia cognitionem & estimati-  
onem nostram. In nobis vero sunt participatiue, ac-  
cidentaliter & limitata. Ex his tamen participatis  
possimus vel modice aduertere, quæ sit iubilatio dei  
& ipsius Christi Iesu secundum diuinitatem eius. Si  
vero referatur iubilatio (de qua dicitur: Ascendit de-  
us in iubilatione) ad Christi humanitatem, sic pro-  
prie in eius ascensione implera est hæc Psalmi pro-  
phetia. Quamuis enim dominus Iesus ab insītū suæ  
creationis & vnitidis cum verbo in vna personalità

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

te, fuerit secundum portionem superiorē animæ, vere beatus & comprehensor in cognitiōe, in amore, in iubilatione, etiam super omnes spiritus angelicos, creaturaliter tamen participatiue & limitate secundum capacitatē humanam auctam & explosam p singularem gratiam, & in resurrectione & hodie in ascensione esset, quo ad portiōem inferiorem animæ ab omnibus miseris libera, & in corpore glorificato & suo modo spūali: tñ specialiter gaudebat ascendēdo iubilatione felicissima in deo (quē actualiter contemplabatur & amabat) eo qd humanitas in eo ad cōfessum cum deo patre sublimabat vltra oēs choros angelorum in gloriam summi dei, & in salutem, consolationem, & laudem totius generis humāni, vt merito dicatur: Ascendit deus. i. Christus Iesus, in iubilatione. Ascendit etiā iubilantibus angelis, qui omnes (haud dubium) festine suarum sedium reparatori, imo suo dño & creatori, & glorificatori occurrerunt cum iubilo. Et qua putamus concenderit iubilatiōe cum eo redempta & capita sancta sanctorum innumerabilium captiuitas? Iubilabant non minus Maria mater Iesu, & Apostoli, & discipuli, & mulieres, & omes qui aderant, videntes quem super omnia diligebant cum tanta gloria propria virtute ad celos concēdere. Amor enim est causa iubilationis. Et quia ipsi adhuc indispositi erant & inhabiles ascendere cum Iesu ascenderunt (sancto Luca testante) in cœnaculum cētum viginti homines, ieuniis & obsecrationibus se aptantes, vt virtute induerentur ex alto, qua imburentur, & præparentur, & dignificantur aliquid ascendere post Iesum. Factum est. Ascenderunt cum iubilatione ad Iesum relinquentes nobis exempla & doctrinas, quibus prouocati & docti, nitamur quotidie & in fine vitæ cum iubilatione ascendere ad Iesum. Hoc vtique puidebat Iesus deus, ascendēs in iubilatione. Gaudium em dñi (vt dicitur in Esdra)

Aetu. 1

Esdræ 3  
Neemi. 8

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol.188.

est fortitudo nostra, hoc est, iubilatio dñi Iesu est nostra fortitudo, qua iubilando ad eum ascendimus. Gaudebat enim de futura nostra hac iubilatione. Fratres mei charissimi, ut mereamur ascendere post finē huius miserae vitæ ad Iesum in iubilatione, discamus nunc in vita, ut tunc sciamus in morte. Est magna ars ascendere ad Iesum. Discamus hanc artem. Tempora ad hoc nobis indulta, non pereant. Singulis diebus assignetur aliquod tēporis spacium, in quo (semoz tis omnibus occupationibus) se animus recolligat in deum videntem, vel intelligentem & amantem, vt videat, amet, & iubileat. Cum deum in sua propria spe cie videre nequeamus, inter cætera media & ænigmatata, & similitudines, aut species intelligibiles efficiam ad videndum deum, non videtur isto medio aliquid melius quo præsentatur animo deus videns & amans. Ad quem videntem & amantem, & cum quo est nobis habendus iugiter sermo. Quamuis enim male uolis & peccatoribus terrible videtur, quod à deo videantur, tamen hominibus bonæ voluntatis blandus & suavis est. Amat quippe bonos incomparabilis amore, in seipso optimus est, immo solus bonus, & totus desiderabilis, & delitiae eius sunt esse cum filijs hominum. Accedamus igitur cum fiducia ad thronum prouer. & gratia eius, ad contemplandum eum, nō fraudabimur Matth. 5 quia ipse testatur: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Ad cuius visionem, statim amor accedit. Et his duobus existentibus, iubilatio succedit, & confabulatio, & sermo durat. Deus videns & visus, amans & amatus exigit ab amante anima, ut moriatur omnibus peccatis, & defectibus & imperfectionibus, & se exornet omnibus virtutibus, & amorem sibi soli totaliter dedicet. Vult em̄ solus amari. Aia vero respondet deo, se tota totaliter offerēdo ad oia petita sine fallacia, ga scit se deū fallere non posse. Vnde dicit, in toto corde mio exquisiuit te, & cæt.

1. Cor. 13

Li. 1. vide capite 2.

prover. 8  
Matth. 5

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

De illa totalitate s<sup>e</sup>pe habetur in Psalmis . Ut autem anima deo deuota inter tot occupationes humanae rerum , & tentationes varias , & seculi turbationes , semp se in tuto recipere valeat , debet assuescere fuge re & accedere ad deū . Deputet dietim aliquā morulā temporis , & colligat spiritum suum , & deum videntē & amantem atq; præsentem requirat , donec sentiat spiritualiter aspectum eius in intus per fidem : nec deñciatur animo quis si non statim , vel semper inueniat quod requirit . Perseueranter querat & inueniet , pulset & aperietur ei , petat & accipiet iuxta promissiōnem veritatis . Plures deficiunt à perseuerantia . Id circa non perueniunt ad quæsumum . Cum vero perue nerit ad deum , qui vtq; semper adest , colligat fasciculum beneficiorum eius , & gratias agat , pro peccatis veniam & reconciliationem petat cum fiducia , nihil hæsitās . Inuria maxima est diffidere deo , &c . Emendationem offerat vsq; ad minima , ne aliquid relinquatur in oculis summæ maiestatis offensuum . Amorem suum totaliter , ab omnibus abstractum , solum deo in veritate dedicet , & ad omne beneplacitum diuinum resignatissimō corde seipsum offerat . Gaudium , pacem , consolationem , desiderium , finem , & omne bonum in solo dilecto deo constitutum . Ex hoc exercitio deriuabuntur riuii diuinæ largitatis , quibus intellectus illustrabitur , memoria fecundabitur affectus inflamabitur & dulcorabitur , & omnes animæ vires pro capacitatem vniuersiū f<sup>q</sup> ditabuntur . Cū ergo anima ijs assueta , per exercitia & dei donum in diuino amore firmata fuerit , in omni tentatione , & turbatione , & damnis perpessis , & quibuscumq; afflitiuis , st̄atim ad id qd diligit , & vñ solatiū habere cōsueverat , configuet , & si inuenierit amorem cum dilecto deo inito illæsum , inmediate contemnet omnia , & gaudebit se & sua in tuto conseruasse . Solummodo enim querit deum diligere , & ab eo diligi , & ipsi

Matth. 7

Lucæ 11

placere: & in hoc statuit omne bonum suū. Quo sano  
& integro comperto, alia p̄ nihil reputat. Idcirco de  
nullo alio habito gaudet si deū offendit, nec de a-  
missio aliquo dolet, non offendo dilecto domino. Et  
qm̄ p̄sens sermo in longum prolatus, non finit de īs  
ampliora loqui, remitto vos fratres ad directorum  
contemplatiōrum, & p̄logum eius, & ad aliū tracta-  
tum de effusione cordis, in q̄bus hæc ad longū docēs.

### Quomodo Christum sequi debeamus ascendentē, a visco miserę captiuitatis no- stræ absoluti. Exhortatio. VII.



Scendisti in altū, cepisti captiuitatem,  
acepisti dona in hoībus. Psal. 67, Psal-  
mus iste ad lit. erā loq̄tur de dño nostro  
Iesu Christo, sicut patet per Apostolū  
dicentem: Vnicuiq; nostrum data est  
gratia secūdum mensuram donationis

Ephe. 4.

Christi, propter qđ dicit: Ascendens in altū, captiuā  
duxit captiuitatē, dedit dona hoībus. Nec refert ver-  
borum varietas cum maneat eadam veritas. Vnde  
Augustinus: Cū propheta dixerit: Accepisti dona in  
hominibus, Paulus apostolica aut horitate maluit dis-  
cere, dedit dona hoībus, vt ex vtroque verbo, vno  
p̄phetico altero apostolico (quia in vtrōq; est diuinī  
sermonis authoritas) sensus plenissimus redderetur.  
Vtrūq; em̄ verum est, & quia dedit hoībus, & quia ac-  
cepit in hoībus. Dedit hominibus, tāquā caput mem-  
bris suis. Accepit in hoībus idē ipse vtrīq; in mēbris  
suis. Itē August. Paulus apostolica autoritate, secun-  
dū quōd filius cū patre deus est, dicit: Dedit dona ho-  
minibus, mittens sp̄m qui est patris & filij: Sed secun-  
dum quōd idem est caput in ecclesia, accepit dona in  
membris, dum ipsa membra accipiūt. Vnde ait quod  
vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, Hæc cha-

Augustin.

Augusti.

Matth. 25

## D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

riſſimi referre volui, vt non turbemini cum in ſcri-  
pturis sanctis in verbis nonnunquam varietatem in-  
ueneritis, quia eſt vnuſ & idem ſpiritus veritatis, qui  
veritatē in tali varietate voluit tradere, cuius autho-  
ritati sancta mater ecclēſia columnā veritatis innitit  
dominus autē noster Iesuſ, ſaluator & veruſ amator  
noſter, poſt victoriā diabolo deuictō, morte oc-  
ciſa, vita perpetua hominū repata, clauſtris inferna-  
libus diruptis, ingressu cœleſti reparato, hoſdieria ſo-  
lennitate ſuper omnes cœlos ſpirituales, quoconque  
noīe ceneantur, ſiuſ ſint homines ſancti, ſiuſ ſpiritu-  
angelici, in dextera dei patris, .i. in melioribus bonis  
æternæ beatitudinib⁹, & ſup oēſ cœlos materiales in  
empyrio ſe recepit, quia vltra emprium non eſt lo-  
cus illius. Sefio ad dexteram patris (hoc eſt, in melio-  
ribus bonis æternæ beatitudinis vltra oēſ cœlos ſpiri-  
tuales) ei debet ratiōe iuriſ naturalis eū ſit fili⁹ dei na-  
turalis, etiā ſecūdū hūanā naturā, ppter gratiā vniuersi-  
nis. Vn⁹ eſt em⁹ fili⁹ dei patris, & fili⁹ g̃ginis matris Ie-  
ſus Christopheres dei. Etiā eadē hæresiſ ſibi debetur  
ratiōe victorię, iuxta illud: Oportebat Christū pati &  
ita intrare in gloriā ſuā. Aſcēſuſ vero ſup oēſ cœlos  
materiales, ſibi cōpetebat ex conditiōe ſtat⁹. Iā em⁹ eſ-  
rat glorificat⁹, corp⁹ g̃loſuſ hūn⁹, & vitā immortale &  
incorruptibile, & impaſſibilē. Idcirco loc⁹ ei cōueniebat  
& decebat cœleſtis & incorruptionis. Loc⁹ em⁹ de-  
bet eſſe proportionat⁹ locato. Cœlū ergo emprium (q  
eſt locus beatōe ſpirituū, & hominū in aia & corpore  
glorificatore) ſuper oēſ eū decebat. Et de hac decētia  
gaudiū qđdā habuit, nō qdem ꝑ tūc de nouo de hoc  
gaudere inciperet, qñ in cœlū aſcēdit, ſed quia nouo  
mō de hoc gaudiuſ eſt, ſicut de re impleta. Proceſſit  
igitur hæres dei patris, dñs Iesuſ Christuſ in hære-  
ditatē ſuā. Et quia nos cohæredes eius eſſe debemus  
dignū eſt ꝑ ad eā mēte ſaltē (q a corpore nōdum vale-  
mus) trāſeamuſ. Sic Apoſtoluſ monet: Quaꝝ ſurſuſ

1. Tim⁹

Luc⁹:4

Col. 3.

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol. 190;

Sunt quārite, vbi Christus est in dextera dei sedens, q̄  
sūrsum sunt sapientia, nō q̄ super terrā. Et iterū ad Phil.  
affirmat, qd ipse cū suis fecerit dicens: Nostra conuer  
satio in cœlis est, sc; quoad animā, p fidē, spem & cha  
ritatē. Hæ em̄ virtutes (qñ pfectas sunt) semp̄ simul  
sunt & inseparabiles, & eas anima leuat in cœlum  
Quia (sicut dicit August.) anima (quæ est principalis  
pars hominis) verius est vbi amat, q̄ vbi animat. Er  
go anima q̄ amat deū, verius est in cœlo quā in terra  
Et quia sancti post iudicium erūt in cœlis etiā in corpo  
re gloriose, ideo subiūgit Apost. Saluatorē expecta  
mus dominū Iesum Christū, q̄ reformabit corpus hu  
militatis nostræ, cōfiguratū corpori claritas suæ. Pro  
prius ergo locus noster est cœlū empyriū, vbi nos a  
mator noster expectat Iesus. Noluit esse nobiscū in  
terra præsentia corporali (q̄ diuinitate semper nobis  
cū est) nedum q̄a eū nō decuit manere in terra, sed eti  
am propter meritum fidei nostræ, q̄ est de non viisis.

Philip. 3

Vñ ait S. Ioh. Spūs sanctus aduenies, arguet mundū  
de iustitia, sc; eorū q̄ credūt (vt exponit August.) Ipsa  
q̄ppe fidelii cōparatio, infidelii est vitupatio. Vñ sub  
dit, q̄a ad patrem vado, & xiā nō videbitis me. Beati em̄  
q̄ nō viderūt & crediderūt. Secūdo. ppter spei nostræ  
subleuationē. Nā ip̄e dicit apud Ioh. Si abiero, & ppa Iohan. 18  
rauero vobis locū, ite, veniā & accipiā vos ad meip  
sum, vt vbi ego sū, & vos sitis, hoc est, in cœlo empy  
rio. Per hoc em̄ p Christ. hūanā naturā assumptam in  
cœlo collocauit, dedit nobis spē illuc pueniēdi ordina  
to tēpore, q̄ ite, in terræ puluerē resoluimur. O stu  
pēda fides, O admirabilis spes. Tertio addirigendum  
charitatis affectū in coelestia. Dicitur em̄ apud Matth. 6.  
thēum: Vbi est thesaurus tuus ibi est & cor tuū. Si er  
go Christus est thesaurus noster, cū ipse sit in cœlo,  
ibi erit vtq; & cor nostrū. Cum Christo ergo (& si nō  
dum corpore) mente in cœlum ascendamus. Secun: Psalm. 67  
dum membrum innuit captiuitatem captiuitatis, dī Ephe. 4  
cens; cepisti captiuitatem, Apostolus dicit captiuam

August.

Iohan. 18

Iohan. 14

Matth. 6.

Psalm. 67

Ephe. 4

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

duxit captiuitatem. Satisfactor enim omnium peccatorum dominus Iesus in captiuitate diaboli miserabiliter detentos (descendens ad inferos) absoluit & felicissima captiuitate (quae vere liberos efficit) secum ad cœlum adduxit. Cepit ergo captiuitatem, et duxit. Charissimi fratres, ascendendo cum domino Iesu, etiam nos capiamus & ducamus captiuitatem. Quae est haec captiuitas quam capere & ducere debemus? Ipsa est misera dilectio nostra. Præceptum est nobis: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, hoc est, ex tuta voluntate tua, in qua est affectio id est, quædam spontanea ac dulcis ipsius animi ad aliquid inclinatio. In corde ergo, id est, in voluntate est sedes amoris. Exequitio vero amoris ex imperio voluntatis per alias potentias exprimitur, cum dicatur: Et ex tuta mente tua, id est, intellectu & ratione, vel vita intellectiva, & ex tota aia tua, id est, vita sensitiva, & ex tota fortitudine, vel virtute, vlex omnibus viribus tuis, id est, ex omnibus potentijs motuis & exequutiis. Omne ergo quod sumus & quod possumus, debemus ex amore sincerissime impetrare domino deo nostro, ita quod delictio nostra nulli impendatur, nec vili adhæreat, nisi soli deo. Per hoc efficiamur liberrimi, & vnius spiritus cum deo. Quod si dilectio nostra alicui creaturæ adhæserit, tunc capta est visco, quemadmodum auicula visco in pennis vel alis capitur, ne libere auolare valeat. Viscus est inordinata inclinatio, vel affectio ad seipsum, quæ dilectionem deo debitam tenet, vel retardat. Hæc affectio querit mollia & sensibilia, & propriam commoditatem. Euitare nititur omnia que molesta sunt in spiritu vel in carne, in præsenti vita, vel in futura. Si militer omnia exercitia corporalia vel spiritualia facit ut sibi acquirat mercedem in præsenti & in futuro. In omnibus semetipsum querit. Etiam deum non propter deum, sed propter seipsum querit. Et sit quod talis p

Deutero. 4  
Matth. 22  
Marc. 12  
Lucæ 10

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol. 191

eat quod deum diligit, cum in veritate seipsum, non deum diligit. Affectio insuper ad cognatos, ad benes factores, & quoscūq; alios inordinata, propter quosrum complacentiam impeditur, vel tardatur dilectio in deum, viscus est. Occupatio intellectus circa studia scientiarum & artium, quæ non conueniunt studiis studentis, nec conducunt ad amandum deū: imo aliqua obsunt plurimum, viscus est. Impēsio virium in opera exteriora, quæ non iuuant amorem dei, sed impedit, viscus est. Affectio inordinata ad quas cunq; creature, viscus est. Captiuitas hęc in misera nos detinet seruitute, nec ad cęlum descendere permittit. Absoluamus fratres charissimi captiuas affectiones nostras, & captiuas ducamus in libertate spiritus, quo solum domino deo nostro placere desideramus. Hęc sit prima & principalis nostra cura, ut illi placeamus. Ista vero complacentia non petitur nec desideratur propter seipsum, sed propter deum, cui non potest amore coniungi nisi placeat. Hoc innuere videtur Apostolus Iohannes, dicens: In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Augustinus: Non prius dilexi mus, vt quasi merito nostrae dilectionis ipse diligenter nos, sed & ipse prior dilexit nos, vt praeente gratia eius, nos eum diligamus. Deus est ergo qui operatur in nobis vt ei placeamus, & reciprocē vult vt ipse nobis placeat. Quia veri amatores non querunt nisi amare & amari, & inuicem placere. Igitur qui placere deo desiderat, suipius & omnium obliuisciatur, nec est ei cura de aliquo nisi de solo deo, qui sibi solus plenissime placet, & omnis voluntas eius, & omne beneplacitum eius, & omnia opera eius, & omnia mā data eius atq; consilia. Inter hęc vertit se ad seipsum ad proximum & ad omnia quæ amari possunt, & ea in deo, & propter deum ordinatissime diligit, iuxta mandatum domini, dicentis: Hoc est pręceptum me-

1. Ioha. 4.

August.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

um, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, scilicet, ad æternam beatitudinem, & non ad aliquid aliud. Et pro ha c dilectione implenda, impendit omnes vires intellectuas, & sensitivas, & exequutivas. Sic implē do mā datum hoc: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, dicit omnes affectiones suas captiuas in cœlum.

Deuter. 6

Math. 22

Marci. 12

Lucæ 10

DE SPIRITVS SANCTI  
missione. Titulus sextus.

Spiritus sancti donorūq; eius effusioē,  
salutem nostram consumamat esse.

Exhortatio I.



Epleti sunt om̄es spiritus sancto. Actum 2. Hodierna solennitate perpetua nostra salus nobis facta est. Neq; enim incarnatio, neq; passio, neq; resurrec̄tio, neq; in cœlum Christi domini ascensio nobis profuisset, si non hodie na die diuinis impleti charismatibus Apostoli per universum modum docturi gentes (de quibus nos nati sumus) missi fuissent. Quomodo em̄ gentes credent sine prædicante? quomodo vero apostoli prædicatione nisi mitterent? Sine fide vero impossibile est placere deo. Itaq; initium recuperationis nostræ incarnationis dñi est. Missio vero spiritus sancti salutis nostræ pro statu huius viæ consummatio est. Quapropter profusis gaudijs totus in orbe terrarū mundus exultat. Notandum est aut̄, quare hæc repletio sp̄issans eti Apostolis concessa est. Christus em̄ finis legis est & initium vel fūdamētū eccl̄e scđm Apo. Tāto aut̄ alii qua meliora sunt, quanto magis appropinquant fini & principio suo, q; vnum sunt. Dicit em̄, finis est principium, q; est primū in intentiōe. Dicit etiā principiū

Roma. 10

Hebr. 11

Roma. 10

1. Cor. 3

## DE BON. DIVINA LIB.II. Fol. 192

finis qā est vltimū in exquiriōe. Quāto etiā aliqd vī  
 cinius est igni & lumini, tanto magis p̄cipiat de igne  
 & cluce. Similē q̄to sancti erāt viciniores Christo, tan  
 tomagis p̄cipiat̄ de eo. Vñ scđm doctores, q̄to p̄  
 phetia vicinior erat Christo, tāto erat clarior. Idem  
 est de sanctitati. Quāuis em̄ Hier. p̄pheta in vtero le  
 gif sanctificat⁹, hoc tñ clarius habetur de Iohā. Bap.  
 de q̄ veritas dicit, p̄ inter p̄phetas Iohā. Bap. maior  
 nemo est. Puritas vero matris dei, q̄ est p̄pinquissima  
 Christo, tāta est, qđ nequit maior infra deū cogitari.  
 Hinc est ergo q̄ Apo. primitias sp̄us habētes legūt  
 sp̄u repleti. Erāt em̄ nobiliora membra Christi, p̄ q̄s  
 sicut p̄ viuida instrumenta tenebras veteris legis illu  
 straret, & nouellos ecclesię filios igniret & illuminaret  
 Quod vtq̄ fieri non prius congruebat, q̄ sacramētū  
 nostrā salutis per passiōem, & resurrectionē, atq̄ as  
 censiōem domini foret impletū. Quod em̄ p̄phetę de  
 Christo futurę, hoc Apo. annūtiare debebat p̄teritū  
 & factū. Ideo Ioh. dicit: Sp̄us nondū erat datus, ga Ie  
 sus nondū erat glorificatus. Ad annūtiādū vero Chri  
 stū nō vni genti (sicut p̄phetæ) sed toti mūdo (sic ut  
 Apo.) regrebat̄ maior gratia, & illustratio, & auxiliū.  
 Credēda em̄ q̄ in noua lege publicāt̄, sunt multo plu  
 ra & magis ardua, ac excedētia, q̄erāt credēda in lege  
 antiqua. Repleti sunt ergo spiritu sancto Apostoli i.  
 donis spiritus sanctus sibi in  
 corporauit Apostolos in vnitate personæ sibi vniuen  
 do, sicut verbum dei deus vnuuit sibi humanam na  
 turam, incorporando sibi intantum quod dicatur  
 diuinitas C H R I S T O corporaliter inhabi  
 tare, sed largiore beneficio ipsos suis donis ditauit.  
 Ascribitur autem spiritui sancto istud p̄cius quam  
 patri aut filio, quia quicquid ad amorem, ad bonita  
 tem, ad gratiam, ad dulcedinem & ad similia per  
 tinet, spiritui sancto appropriatur, ed quod proce  
 dit per similitudinem amorosę inclinationis,

Hiere. 2

Luc. 1

Lucæ 7

Anselmus

Roma. 8

Joh. 7.

Colo. 1.

## D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

secundum modum voluntatis à patre & filio, sicut filio appropriat̄ quicquid ad cognitionē pertinet, eo qđ p̄cedit à patre secundū modum intellectus, & patri ap propriatur q̄cquid ad potestatē pertinet, eo quod sic principium personarum in diuinis. Tamē quicquid vni p̄sonæ appropriatur, etiā alias duas p̄sonarum est, quia tres p̄sonæ sunt vnu deus. Cū ergo dicitur q̄ hodie spiritu sancto discipulos repleuerit, non excludūt pater & filius, sed poti⁹ includūt, quia spiritus sanctus est amboz̄ spiritus. Qualiter aut̄ & q̄bus donis impleti sunt, est breuiter dicēdum: Biformes sunt virtutes. Quædā sunt morales, quæ disponunt & perficiunt hominē secundum q̄ est per rationē mobilis ad finē super naturalē, sed hoc imperfecto & sufficienti mō, q̄a imperfekte cognoscimus & diligimus deū. Quapropter ut ad finē supernaturalē perfecte & sufficiēter homo moueat̄, indiget motore excellentiore & supernaturali, sc̄z̄ deo, & vt faciliter & bene ab eo moueat̄, indiget etiā dispositiōe & perfectiōe supernaturali. Hoc autem fit per dona quæ p̄supponunt virtutes theologicas, per quas coniungitur homo deo. Necesse est em̄ q̄ mobile aliquo mō cōiungatur motori, & etiā q̄ sit sibi proportionatū, quæ proportionatio vel dispositio est perfectio mobilis, in q̄tū est mobile. Homo ergo mouēdus ad finē supernaturalē a deo coniungit ei per fidē, spēm & charitatem. Per hēc tñ nō est prōpte mobilis à deo. Quapropter infundunt̄ ei habitus qdā, qbus prompte redditur mobilis ad imperiū diuinum, & dona spiritus sancti vocātur, ut est sapientia, intellectus, scientia, consilium, pietas, fortitudo & timor. Prædictas virtutes & dona habebant Apostoli, qn̄ in die pentecostes receperunt spiritum sanctū, i.e. dona & virtutēs à spiritu sancto, Oēs aut̄ virtutes sunt

Virtutes  
sunt bifor  
mes.

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol. 193

connexæ. Qui em̄ vnam virtutem, vel vnū donū habet vere, habet omnes virtutes & dona. Sed quia (vt prædictū est) in oēs gentes docendas mittendi erant Apostoli, hodierno die omnia prædicta excellentiori modo à spiritu sancto receperūt, & inamissibiliter, ga decuit fundamenta duodecim ecclesiæ super Christū fundāda, de quibus in Apocalypsi legitur, esse firma. Vnde nūquā post hāc receptionē mortaliter peccare potuerunt. In quali aut̄ gradu singuli Apostoli singula recepterūt, ipse nouit q̄ fecit oia in numero, p̄dere & mensura. Omnes tñ per virtutes & dona dispositi & proportionati erāt promptissime moueri ad imperiū rationis, & instinctum diuinum, prout congruebat & necessarium erat pro ædificatione & instructione fideliū. Quod vt possent efficaciter docere, datæ sunt eis excellentissimo modo gratiæ gratis datæ, quæ datur ad aliorum utilitatem. Erant ergo quadam supereminēti certitudine fidei illustrati, sermone sapiētię qđad cognitionē diuinoꝝ, & scientię, quoad cognitio nē rerū humanarū illuminati, gratia q̄que sanitatū & operatione virtutū superexcellēter dotati, spiritu, p̄phetiæ, & discretione spirituum quoad secreta cor dium perscrutanda, illustrati, ad exprimendum alijs intelligibilem mētis cōceptum (ita quod oīm gentiū linguis loquerēt, & in proprio idiomate loquētes ab oībus intelligerent) singulari gratia peculiariter pr̄i uilegiati, ad sacram scripturam varaciter interprætādam prompte & varijs modis (cum tñ essent idiotæ) mirifice dirati. Tali bus Christi discipuli & amici adimpleri benedictionibus post abscessum ejus meruerūt & non in sua præsentia, quia adhuc præsentem sensuāliter amauerunt. Quapropter indispositi ad spiritualia extiterunt. Ideo dicit dominus: Nisi ego abierto paracletus nō veniet ad vos. Si Christi præsentia sanctissima, propter carnem & sensum præpediuit accessum paracleti, quid putamus fratres mei?

Apoc. 21.

Sapi. 11.

1. Cor. 12.

Iohan. 14.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Nunquid amor immundissime carnis impediet influsum purissimi spiritus in nobis? Ut ergo impediet, non infundet sapiens sapientiaunctionem preciosissimam nisi in vas mundissimum atque dignissimum. Mundamus itaque charissimi corda nostra ab omni immunitate carnis & spiritus, ut donum spiritus sancti non per emptionem, ut pseudo Simon & Magus voluit sed per suam largitatem in consequi mereamur.

a. Cor. 7

Actu. 8

Quomodo aptissimo tempore Apostolis spiritus sanctus sit datus, & quomodo nobis eiusdem dona prebeantur.

Exhortatio II.

Calat. 4

Ecclesi. 3



Ondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Ioh. 7  
Ille nouit quando spiritus erat dandus qui nouit plenitudinem temporis, in quo mittendus fuerat filius suus. Ille vero scrutari & agnoscere, solidus est. Videtur tamē esse vna ratio quare scilicet debebat mitti filius illo tempore, nec alio, & dari spiritus illo tempore, nec alio. In utroque quarebatur gloria domini, ipsis cognitio per fidem, cultus & amor, reconciliatio & salus humani generis docere & exhibere immortalitatē animae, corporis resurrectionē, & virtutē glorificationē, & quicunque ad hanc pertinet. Et quod hæc per mediatorē dei & hominū facta essent, & in ipso veraciter adimplēta, demonstrandum erat. Ut autem homines hæc recipierent & crederent, tempus utrum aptum & opportunum seruandū erat: Oia enim tempus habent. Quod utrum tempus nouit ille qui condidit tempora. Videat autem tunc aptū tempus fuisse ut mitteret veritas, quoniam oculi à veritate errabant. Et tunc salutē eterna prædicaret quando oculi de futura vita & salute dubitabant & diffidebant, Opposita enim iuxta se

DE BONI. DIVINA LIB. II Fol. 194

posita magis elucentur. Sic etiā videſ ſopportunum  
tēpus fuſile tunc primo reſurrectionē & ascensiōem  
atq; ēternā vitā omniū mortalium mortalibus annū  
tiare, cū hæc in ipſo mediatore Iesu Christo peracta  
oſtendere poterant Apoſtoli, & alij mifſi per infuſam  
ſapienția & ſtupendam eloquentiam, nec non & per  
mañifestiſſima & mañima miracula, oēm naturā ex-  
cedentia. Mañimum eñi diuinū teſtimoniū fuit veri-  
tati euangelij impenſum, qñ hoīes idiota ſubito ac-  
censi, nouerunt & caudebant pro Christo occiſo, ipſis  
occiforibus inimicis eius teſtimoniū pſtare p claris  
ſimam ſapienția, cui refiſtere aduersarij non poterat Lucæ 22  
cū intellectu & explanatiōe profunda ſacré ſcriptu-  
rae, cū eloquentia clarissima, ita vt nedū intelligerent  
oja idiomata & loqueret̄, q ante vix vnū nouerat,  
ſed etiam ipſis in vno idiomate loquētibus, eoꝝ ver-  
ba auditores diuersaſe regionū pfecte vno tēpore in  
proprio idiomate intelligerent, prout dicit in Acti-  
bus Apoſt. Stupebant oēs & mirabant adiuicē di-  
centes: Nonne ecce oēs iſti q loquūt Galilæi ſunt? Et  
quō audiuimus vnuſquisq; linguaſ noſtrā, in qua na-  
ti ſumus? Et nō ſolū in Iudæa, ſed & à ſolis ortu vſq;  
ad occaſum, & in oēm terrā exiuit ſonus eoꝝ, Aſtu. 2  
in orbis terræ verba eoꝝ, & p̄dicauerūt vbiq; dño Pſalm. 15  
cooperante, & ſermonē confirmante, ſequentiibus fi-  
gnis & ſtupendis miraculis, prout conſtat legētibus  
Matth. 16  
Actus Apoſt. & legendas sanctoꝝ. Et cōuerſi ſunt ad  
deū maxima milia hominū ex omni natiōe q ſub cœ  
lo eſt: & adhuc ante finē ſeculi reliq; cōuertēt & reget  
vbi dei (put in Apoc. legiſ) oēs gētes in virga ferrea Apoca. 19  
Ecce q̄ta vtilitas ex datioꝝ ſpūs. Manifestatio eñi ſpi- 2. Cor. 18  
ritus daſ ad vtilitatē. Quæ aut̄ vtilitas facta eſtet, ſi  
ante glorificationē Iesu ſpūs dat̄ fuſſet? Quō p me-  
diatore Iesu recōciliatiōne, reſurrectionē, alſectionē,  
& ētnā ſalutē hoīb; ipetratā crederet, quē adhuc mor-  
tale aut videret, aut audiēt. Et ideo q̄uis aliq ſpūs

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Portio data fuit pro sui aduentus manifestatiōe , abs  
undantia tamē spiritus ad opportunum tempus, post  
scilicet suam glorificatiōem, seruata fuit. Et nos cha  
rissimi non arbitremur nos posse ad abundantiora  
dei dona peruenire, secūdum communem legem, ni  
si Iesus primo in nobis fuerit glorificatus. Primo era  
go in nobis vetus homo peccator crucifigatur, mori  
atur & sepeliatur, resurgat tertia die (qui dies dicitur  
dies gratiæ) nouus homo qui secundum deum crea  
tus sit, qui in nouitate vitæ ambulet. Quæ vita post  
quam perfecte exhibita & probata fuerit in multis  
argumentis, vt vere se resurrexisse nositer nous ho  
mo gloriari possit. Tunc demum ascendat in cælum  
ibidem perpetue commoreetur semper, sicut ipse deo co  
gnitus & præsens est (sicuti sunt omnia) ita deus iu  
giter sibi præsens sit, illum attendat, illi inhæreat, ille  
solus placeat, illi soli placere desideret, illius volun  
tati totaliter suam voluntatem conformet, nihil co  
gitare, loqui, audire, sentire, nec se mouere in corpo  
re, nec intelligere, scire, vel velle in anima velit, nisi  
secundum illum, & cum illo. Hic glorificatus, & in deo  
gloriosus, accipiet dona in hominibus, id est, dona  
spiritus sancti in viribus seu potentijs & sensibus hu  
manis tanquam missis & Apostolis suis. Et erit super  
mirabile videre quum intelligat & videat intellectus  
quantum diligit, & quid gustet affectus, quam recta  
sit intentio, quam regulata voluntas, quam disciplina  
ti omnes sensus, vt scripsi possum, quod vere quinque  
simo die in iubilæo & iubilatione, in ineffabili gau  
dio homo ille ex seruo factus sit liber & vere redies  
rit ad possessionem pristinam, ad paradisum delicia  
rum dei. Hic iam edocetus à spiritu sancto omnem ve  
ritatem, aptus est & alios docere viam veritatis, &  
en sciendo quasi scintillas, id est, ardentia verba, valet  
aliros ad charitatem inflammare, nec non probata e  
ius virtus corripere præualeat insipientes, imbuere

Rom. 6,

Psalms, 67

Actu. 2

Sapient. 2

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol. 193

malos, seu amaros bonitatem aut dulcedinem, immorigeratos disciplinam, errantes scientiam. Ecce quantus fructus & quanta utilitas, quod dona spiritus post glorificationem primo dantur. Si enim ante glorificationem darentur, pauci, vel nulli ædificarentur. Non enim prædicatio eius accipitur, qui leuis in moribus esse videtur, ut ait Gregorius. Et Leo Papa : Facilis ad exhortandum sit oratio, efficax ad suadendum. Validiora tamen sunt exempla quam verba, & plenius est opere docere quam voce. Quæ opera necesse est ut ex radice charitatis prodeant, quæ diffusa sit in corde ipsius per spiritum sanctum, qui datus est ei, sicut Apostolis, ut erudire valeat cum ipsis plurimos. Nemo tamen humilis frater hæc audiens, & longe adhuc se distare à perfectione considerans, de felici hoc statu resurrectionis, & ascensionis, id est, glorificationis & receptionis donorum spiritus sancti, desperet. In omni enim statu spirituali est inuenire aliquid de inchoatione, aliquid de profectu, & aliquid de perfecto, excluso tamen mortali peccato, quod stare non potest cum spirituali vita, & inclusio conatur proficiendi. Quia qui non conatur proficere in vita spirituali, retrocedit, & semper seipso deterior fit: & ideo talis non potest sentire, nec quidem habere spiritualia ista, quæ in solennitatibus his tribus locutus sum. Est tamen magna cōfusio & culpa apud deum religosum non proficere, cum semper teneat ad perfectionem tendere, secundum scripta sanctorum catholicorum doctorum. Frater ergo humilis, quod modicum proficere siudeat pro portione sua, tantum ascendere valet, quantum resurrexit ( si perseverare nouerit) & tantum de spiritu recipiet. Si enim animus liber à creaturis fuerit ( vel secundū quod liberare se à creaturis præevaluerit) ille talis ascendere potest in deo citius quam ignis naturaliter sursum. Utque deus & spiritus eius implebit cor euacuatum à creaturis.

Gregorius  
Leo Papa.

Roma. 5

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

ris (vel secundum quod euacuatum fuerit) citius q̄  
vas vacuum implebitur aqua positum in vel contra  
fluxum torrentis. Proprium em̄ est deo misereri, nec  
oleum Elisaei stetit, q̄ diu vas vacuum inuenit. Vnus  
quisq; ergo pro possibiliitate sua euacuet se ab omni  
inordinato amore creaturarum, hoc est mori, p̄ hoc  
tamen non dicitur quod aliquis debeat se per indiscre-  
tiōem destruere, sed carnis curā non facere in deside-  
rijs. Et vnuſquisq; proficere studeat in virtutibus  
potius q̄ in scientijs, hoc est resurgere. Et hæc omnia  
faciat, vt deo placere & inhærere valeat, hoc est, in  
cœlum ascendere, quatinus post hanc glorificatiōem  
inactionem spūs habere & sentire valeat. In receptio-  
ne em̄ spūs hō no agit, sed patiſ felicē istā inactionē.

¶ De utilitate fructuq; pacis. Exhor. III

**V**OS autē sedete in ciuitate, quoadusq; induas  
mini virtute ex alto. Lucæ vltimo. Dominus  
Iesus p̄cepit discipulis suis, vt in ciuitate s. Hi-  
erusalem, manerēt, quia ibidem erant promissum pa-  
tris altissimi, sc; dona spiritus sancti plura & maiora  
quam hactenus habuerant, recepturi. Et ego charissi-  
mi loco dei (cuius autoritate immeritus fungor)  
dico vobis, sedete & manete in ciuitate, id est, in vni-  
tate (quia ciuitas dicitur quasi ciuium vnitatis) donec  
induamini virtute ex alto, id est, donec id quod in  
vobis nondum est, aut imperfectum est, quoad refor-  
mationem interioris hominis, in virtute spiritus sancti in vobis perficiatur, ad consequitionem perfectę  
& sempiter næ gloriæ. Vnitas quippe animorum est  
simil cohabitibus summe necessaria. Sic ad cœles-  
tia regna proficiscientibus, vnitas charitatis. Quia  
propter dominus Iesus patrem pro nobis rogauit,  
dicēs: Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos de-  
disti mihi vt sint vnum, sicut & nos, vnum scilicet  
per charitatem. Et infra: Vt omnes vnum sint, sicut

4. Reg. 4

Roma. 13

Ciuitatis  
interpr̄at.

Iohann. 17

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol. 196

tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnū sint  
Vnum. s. in fide, in charitate, in pace, quia in vnū re-  
gnum sunt futuri. Ideo infra subiungit: Vt sint con-  
fessati in vnū. Quā dulce fuit in corde & in ore dñi  
Iesu hoc vnum, de quo alias dixerat: Vnū est necessa-  
rium. Vnum in via, & vnum in puentione, vnum qui  
est in se vnu, gustat vnitatem, & nouit dulcedinem hu-  
iūs quod dicē vnum. Gustauerat Paulus Apostolus,  
qui totiens hortabat fratres, vt concordes & vnanim-  
ites forent & dicerent oēs vnu hoc ipsum, ne essent  
in eis schismata. Ve q̄ nō gustauit amaritudinē diui-  
sionis vnitatis (sicut nos expti sumus) non potest v-  
nitatis suavitatem ita facile sentire. Sentit tñi. Iam mul-  
ti sunt anni, qd mutua charitate gaudemus. O q̄ ma-  
gnum bonum est hoc, & sp̄sancti donum præcipu-  
um, & p̄cipere hoc animo, p̄ illo virulento pestifero  
maligni sp̄is toxicō, inuicē inuidere, & odio habere  
& die noctūq; tā in diuinis q̄ alibi exturbare & perse-  
qui, inuicē mordere, comedere, & consumere usque  
ad sepulchrū. Visitationis tpre actus sp̄is sancti ver-  
tere in actus sp̄is maligni, & vbi deberet salus fratribus  
& emendatio inquire, q̄rere ibidē fratribus confusionē,  
detrahere, mēritari, turbare, lētarī, malefacere, & exul-  
tare in rebus pessimis, & ex imminentia horū malorum  
eodē tpe alios nō posse dormire, alios nec cibum ca-  
pere, alios vero celebrationē intermittere. Hæc omnia  
facta sunt, & sunt, vbi nō est vnitas charitatis. Quas  
propter cū Apost. Paulo, ego obsecro vos fratres in Ephes. 4.  
dño, vt digne ambuletis vocatione q̄ vocati estis, scz  
in ordine Carthusiano, cū omni humilitate, & man-  
suetudine, & patientia, supportate inuicē in charita-  
te, & sitis solliciti seruare vnitatem sp̄is in vinculo pa-  
cis. Sic p̄seuerantes, manebitis in ciuitate & nō disce-  
detis à Hierosolymis, hoc est à visione pacis, sed ex-  
pectabitis promissum patris, donec induamini virtu-  
te ex alto. Habemus em̄ comprehendatiōem, qd mutua

Lucæ 10

Roma. 15

Philip. 1. 2

1. Cor. 1. 22

Prover. 2

Ephes. 4

Ibidem.

## D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

pace & charitate gaudemus. Perseueremus in his, & indubie promissum patris, hoc est, spiritus sancti dona abundantissime ex alto percipiemos. Quia vero bonum pacis multiplicita alias in collatione venerabilis patris Friburgi, charitati vestrae commendatū fuit, superfluum puto eius dictis venerandis aliquid adiicere. Volo tamen pacis fructus nonnullos nominare, ut charitatem vestram ad eius custodiam valeam efficacius prouocare. Scriptum est enim apud S. Iob: Habeto pacem, & per hanc habebis fructum optimos. Primus fructus eius (ut à viliori ad nobiliora consendam) est multiplicatio rerum temporalium. Dicit enim beatus Hieronymus, quod concordia parvæ res crescunt. Quod si scriptura hoc non loqueretur, ipsa tamen quotidiana experientia docet, & in hac domo manifeste ostendit. Ante paucos annos vix erat in hac domo quatuordecim sacerdotes. Nunc autem dominus pacis vos pacificos multiplicauit, & bona Discordia autem monasteria multa ad extremam paupertatem deduxit, regiones deuastauit, homines & iumenta occidit, vrbes & castra cum villagijs destruxit. Secundus fructus est bona fama, honor, & gloria. Propter hanc enim describuntur in Actibus Apostolorum, discipuli habuisse gratiam ad omnem plebem. Erat enim eis anima una, & cor unum, & erant una nimiriter in portico Salomonis. Et erat Apostoli iuxta sententiam Pauli bonus odor deo in omni loco, utique propterea, quia erant pacifici, pacem annuntiantes. Et propterea multis honoribus eundem Paulum honorerunt nonnulli. Erat enim ex illis, quorum pedes erant speciosi annuntiantium pacem, iuxta prophetas Esaiam et Naum. O quanta laude digni sunt religiosi pacifici, ita ut etiam irreformati omni laude digni habeantur, si fuerint pacifici. Quod si reformati non fuerint pacifici, licet altissima etiam Cartusiana censeantur obseruantia religati, odio habetur

Iob. 22  
Pacis fru-  
etus septem.  
Primus.  
Hierony.

## II.

Actu. 2  
Actu. 4  
Actu. 5

Isaiae 52  
Naum x

DE BON. DIVINA LIB.II Fol.197

& omni confusione digni. Tertius fructus est mutua  
conuenientium aut commorantium, fidelis amicitia  
ac floridus adiuicem latuorum aspectus, gratusque  
occursum. Experimini charissimi fratres, quantam ami-  
citiam facit pax a spiritu sancto vobis donata, & ma-  
gis sentiretis si aliquando discordiam mutuam sensis-  
setis. De ratione pacis est duplex unio. Una est secundum  
dum ordinatiōem propriorum appetituum in unū, quā  
efficit charitas secundum quod deus diligitur ex to-  
to corde, ut scilicet omnia referamus in ipsum. Et  
hac est amicitia hominis ad deum. Alia unio est secundum  
dum ordinationem appetitus proprij cum appetitu  
alterius, quam similiter charitas efficit, secundum qđ  
proximum diligimus sicut nosmetipso. Ex quo cō-  
tingit quod homo vult impleri voluntatem proximi,  
sicut sui ipsius. Et propter hoc inter amicabilia unum  
ponitur, scilicet identitas electionis, ut patet 9. Ethis  
corum. Et Tullius de amicitia dicit: quod amicorum  
est idem velle & nolle. Quando ista sunt in religione,  
tunc est religio paradisus dei. Quartus fructus est IIII.  
gratia dei, hoc patet in epistolis Apostolorum, qui to-  
tiens optabant pacem & gratiam fratribus. Impossi-  
bile autem est magnam gratiam perseverare in corde  
perturbato. Idcirco in corde pacifico multa gratia  
quiescit. Quintus fructus est dei filiatione. Vnde Mat-  
thaeus ait: Beati pacifici, quoniam filii de vocabuntur.  
Chrysost. super Mat. Pacifici ad alios sunt, qui non so-  
lent inimicos in pace reconciliant, sed etiam qui imme-  
more malorum diligunt pacem. Tales diligentes pacem  
inquit idem, Christo sunt similes: quod est pax nostra, qđ  
fecit utrāq; unum, pacificans per sanguinem crucis  
eius, siue qđ in terris sunt, siue qđ in celis, secundum Apost.  
vel qđ secundum Aug. in deo est summa quies, & nil Augustin,  
repugnans. Et sic habent tales similitudinem patris.  
vel secundum Chrysost. pacifici dicunt, qđ nec odiunt nec  
litigant, sed litigantes & discordantes ad pacem reduc-

V.  
Matth. 9  
Chrysost.

Ephesi. 2

## D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

qunt. Hi recte vocantur filij dei, qd hoc vnigeniti opus  
fuit congregare dispersa, & pacificare contra se preli-  
antia. Hoc autē est maximū & dignissimū esse filiū re-  
gis aeterni. Vñ Iohā. Vide te ingr̄, qualē charitatē de-  
dit nobis pater, vt filij dei nominemur & sim⁹. Et vñ  
tq̄ tales sumus, si veraciter pacem inter nos custodia-  
mus. Sextus fructus est receptio spiritus sancti. Vñ  
vt Apostoli capaces spiritus sancti redderēt, dixit p̄  
turbatis & inquietis dominus Iesus : Pax vobis. Et  
post pacē datā insufflavit & dixit : Accipite spiritum  
sanctū. Et hodierna solēnitate, ipsi & ceteri p̄seueran-  
tes vnanimiter in orationib⁹, ait Lucas: in uno cō-  
naculo, in mutua pace & charitate, receperūt spiritū  
sanctū in plenitudine, qd repleti sunt oīs spiritu san-  
cto. Septimus fructus est in se deū habere p̄ gratiam  
in p̄senti, & in futuro eū contēplari in aeterna gloria.  
In pace qdpe factus est loc⁹ eius. Hinc monet Apost.  
Pau. Pacē habete, & des pacis & dilectionis erit vobis  
cū Et iterū. Pacē segmīni cū omnib⁹, & sanctimonīa,  
sine q̄ nemo videbit deū. Ergo habentes pacem, vide-  
2. Thess. 3. būt deūm in pace perpetua. Quā im̄pcat Pau. Thess.  
Clos. dicēs: Ipse aut̄ deus pacis det vobis pacē sempitnam.  
Qui aut̄ pacē dedit, vno ybo dedit oīa bona. Pax qd  
Augustin. pe in se exprimit authorē oīs boni. August. Pax est v̄  
na dictio, & tribus literis scribīt, ad significādū trinitatē & vnitatē. Per p. patrē, p a. amorē spiritus sancti, p  
x Christū filiū dei pax denotat. Spiritus sanctus p a in  
medio huius dictiōnis positū representat, qd est nexus  
amoris amboꝝ, sc̄ patris & filij. Et caret plurali nu-  
mero pax, ad eūtādū multiplicatiōem diuinę effe-  
tū. Beatus ergo p oīa, in q̄ fūt tāti mysterij res, pax  
ipsa, qd sunt in illo oīa bona pariter cū illa. Itaq̄ chas-  
tissimi fratres hos fructus optimos pacis, toto cor-  
de cōcupiscam⁹ & carpam⁹, & p ipsa pace tenēda etiā  
moriām. Nemo vos seducat vlo mō, nemo cōtue-  
bet, q̄ aūt cōturbat vos, portab it iudiciū q̄cūq̄ ē ille

Iohan. 3

VI.

Ioh. 22

A&tū. 1

VII.

Psalm. 75

2. Cor. 13

Heb. 13.

2. Thess. 3.

Clos.

Augustin.

Gala. 5

Ephe. 4

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol. 198

Pax dei q̄ exuperat oēm sensum,custodiat corpora nos  
stra,& intelligētias nostras in Christo Iesu,& in ciuitate  
sc̄tā Hierusalē, donec induamur virtute ex alto.

**C**ur spiritui sancto asscribatur dona  
dedisse hominibus,& de pro-  
prietatibus ignis septē  
Exhortatio.III.

**C**VM venerit paracletus, ille testimonii phibe-  
bit de me. Iohan.15. Qñ auditis charissimi qđ  
hodierna die paracletus spiritussanctus venit  
non debetis cogitare q̄ illa tertia persona in deo sola  
venit, sicut ybum filius secunda psona in deo sola ves-  
nit, qñ fuit incarnata q̄a sc̄ solus filius fuit incarnationis  
(quāquam illius incarnationis operatio à tota trī-  
nitate fuerit) sed deus spiritussanctus dicit venisse, q̄a  
deus trinitas,i.superiussubstantialis intelligentia, semper  
actu & incōmutabiliter intelligens & amās, dona de-  
dit excellentissima hoībus isto die, q̄ ante nunquā dā-  
ta fuerunt, & illa ppter correspōdentiā vel cōuenien-  
tiā pcessionis spiritus sancti (quae est per modum  
amorosae inclinationis, v̄l amoris) magis spiritui san-  
cto appropriat̄, q̄ duabus primis personis: licet in ve-  
ritate illa dona æqualis tribus psonis conueniat: q̄a  
tres psonæ nō sunt nisi vna simplicissima intelligētia  
amās. Donatio tñ talis, ad amorem ptingebat. Voluit  
em̄ deus ex charitate toti mundo pereūti subuenire,  
vt ostenderet cōsolatioēm, dulcedinē & benevolensi-  
am suam. Totus quippe mundus in tenebris igno-  
rantiæ veritatis sedebat, & de vita futura post cera-  
tissimā (quā q̄tidie experiebaf ) mortē omnino des-  
perabat. Enutritus etiā in vitijs, perpetua tormenta  
expectabat. Redēptio qđ fasta fuerat, sed nō erat q̄  
deferreret tale p̄cium , Ecclesia lugebat& metuebat.

## D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Apostoli habebantur tanquā homines idiotæ, & similis  
plices pescatores, & à Christo (iā occiso) seducti. Sed  
subito ex thesauro amoris sui, pater misericordiarū  
occurrit tantis malis, idiotas doctissimos doctores  
effecit, quales antea nunquam fuerant. Amore præci  
puo eos inflammavit, luctum omnem in immensem  
gaudium, & in eternum veritatem in fortitudinem inuincibilem.  
Quapropter de latebris erumpentes, in laudem  
omnipotentis dei & Iesu Christi saluatoris mundi,  
ora laxabant. Tantaque de Christo testimonia præ-  
fati idiotæ protulerunt, ut per milia passim, nedum  
quoscunq; homines, sed etiam hostes, Christicq; oc-  
cisorum & derisores, atque condemnatores conuerterent.  
Videte charissimi, quale per viuerosum mundū  
Apostoli spiritu sancto repleti testimonium de Christo  
dederunt, ut nedum cōuerterentur homines sed  
etiam innumerabilia martyrum milia exquista tor-  
menta, & mortes diuersas pro Christo suscepserent.  
Ecce homines liberi arbitrij propter testimonium da-  
tum de Christo, quasi seipsoſ nō homines fecientes,  
priuauerunt se libertate sua, rebus seculi, mundi ho-  
noribus, carnis delitijs, & propriam voluntatem in al-  
terius arbitrium resignantes, arduum satis & admira-  
bilem viuendi modum arripuerunt. Ecce fratres, hic  
sumus de numero illorum qui talia pro Christo im-  
pleuerunt. *Quis nos* *huc duxisset*, si spiritus sanctus de  
Christo nobis testimonii non fecisset? *Quis nos* *hic*  
*teneret*, nisi paracletus nos cōsolaretur, illuminaret,  
igniret? Notate quod dico igniret. Spiritus sanctus ve-  
nit super Apostolos in cenaculo orantes & ieunan-  
tes, venit in motu vehementi, ut mouerentur, venit  
in lingua, ut loquerentur. Sed hæc eis nihil, p̄fuisserunt  
ad salutē, nisi venisset spiritus sanctus in igne, ut amo-  
re igmrentur. Sic nobis nil prodest in monasterijs va-  
care orationibus & ieunij, nec qđ moti sumus a se-  
culo huc venire, nec quod lingua docemus aut cana-

Actu. 2.

DE BON. DIVINA LIB.II Fol.199

mus, nisi igne amoris sui spiritus sanctus nos igniret.  
Hoc enim solo inter signio testimonium perhibet, quod  
spiritum Christi habemus: Qui autem spiritum Christi  
habet, hic est eius, Experiamur fratres vtrum hic  
ignis sit in nobis, ne gratis hic moremur. Ex propriis  
eratibus ignis materialis aduertamus hunc ignem spir-  
itualem. Prima proprietas signis est, quod incineran-  
do etificia alta humiliat: ita ignis spiritus sancti per  
donum timoris corda superborum humiliat. Vnde  
Hieron. Vbi est dei timor, ibi non est mentis elatio,  
sed lachrymosa delectio. Vnde in Ecclesiastico dicit:  
Timor domini expellit peccatum, scilicet superbia. Expulso autem peccato superbia, statim infunditur  
gratia. Deus enim humilibus dat gratiam. Istud est si-  
gnum bonum: Dicit enim Bernardus: In veritate con-  
peri, nihil ita efficax ad gratiam promerendam & con-  
seruandam, quam non altum sapere, sed timere. Se-  
cunda proprietas ignis est, quod liquefacit dura: ita  
ignis spiritus sancti per donum pietatis liquefacit in-  
durata corda ad compatiendum miseris, & ad effusi-  
onem lachrymarum. Hoc donum habuit beatus Iob  
qui dicebat: Flebam quodam super eo qui afflicctus es-  
tar, & anima mea compatiebatur pauperi. Per hoc  
donum expellitur inuidia, quae dolet & tabescit de  
felicitate aliena. De pietate vero dicit Bernardus: O  
clementissima pietas, quae non solum tribuit benefi-  
cia Iesu qui diligunt, sed etiam Iesu qui offendunt.  
Ergo ipsa non solum gaudet de successu bono alie-  
no, sed quantu potest, bonum auget. Hoc bonum si-  
gnum est. Tertia proprietas ignis est, quod illuminat  
obscura: ita ignis spiritus sancti perdonum scientiam il-  
luminat mentis ignorantiam. Vnde Iohannes ait:  
Cum venerit spiritus veritatis, docebit vos omnem  
veritatem. Per hoc donum excluditur ira, que secun-  
dum Catonem, impedit animum ne possit cerne-  
re verum. Haec (secundum Sanctum Iacobum) iustis.

Roman. 8

Hierony.  
Ecclesi. 2

Iacob. 4  
1. Petri. 4  
Bernard.

Iob 30

Bernard.

Iohan. 16

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

tiam dei non operatur. Hęcçy (secundū Gregorium) dum mentem pulsat, spiritus sancti locum turbat. Ex pellitur aut̄ hic malus ignis à bono igne. Quarta proprietas ignis est, quod mollia consolidat, ita ignis spiritus sancti per donum fortitudinis confortat nutr̄tia corda. Paulus ad Ephesios ait: Det vobis dominus virtutem corroborari per spiritum eius in interiori homine. Per hoc donum expellitur acedia, quæ dissolut hominē & deiecit, quod non valet operari bona spiritualia & ardua. Vnde in Proverbijs habetur: Piger dicit, leo est foris, tanquam diceret, timeo aggressi ardua. Fortitudo vero promptum facit ad ardua & omne bonum: quia omnia (inquit Apostolus) possum in eo qui me confortat. Quinta proprietas ignis est, quod separat aurum à plumbo, ita ignis spiritus sancti per donum consilii separat bona temporalia ab æternis, terrena à cœlestibus, spiritualia à corporalibus. Augustinus: Consilium spiritus sancti est, ut temporalia contemnentes, deo pro æternis seruamur. Si enim (vt ait dominus) vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Per hoc donum expellitur avaritia, quæ est radix omnium malorum. Qui vero voluerint diuites fieri, incident in tentationes, & in laqueum diaboli, id est, spiritus maligni. Bonum signum repperit, qui radicem hanc concupiscentiae amaram senserit in se eradicaram. Sexta proprietas ignis est, quod rubiginem consumit, ita ignis spiritus sancti per donum intellectus rubiginem peccatorum inducentem obfuscationem intellectus consumit, & intellectum purgat, vt clare diuina mysteria intelligere valeat. Vnde ait: Intellexū tibi dabo & instruam te. Docet enim intelligere deum in nobis, & in creaturis. Invisibilia enim deus (ait Apostolus) à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspicuntur. Per hoc donum expellitur gula,

Ephe. 4

Prover. 22

Philipp. 4

Matth. 19

2. Timo. 6

Psalm. 31

Roman. 13 q̄ delectat in cibis & potibus, sed donum intellectus

## DE BONI. DIVINA. LIB.II. Fol. 200

facit delectari in spiritualibus. Vnde in Isaia habetur: Isaiae 28  
 Quem intelligere faciet auditum scilicet diuinū, & angelorum, & doctoꝝ. Sequitur: Ablactatos à lacte, auul  
 os ab vberibus i.e. separatos à letationibus car-  
 nalibus. Quia delectantes in carnalibus, inepti sunt  
 ad intelligendum diuina. E contrario, delectantes in  
 spiritualibus apti sunt. Septima proprietas ignis est,  
 quod sursum tendit, ita ignis spiritus sancti perdonū  
 sapientiae corda q̄ possidet sursum tendere facit. Qua  
 propter monet Apostolus fideles Coloss. dicens: Coloss. 3  
 sursum sunt sapientes, non quæ super terram. Sapientia  
 enim dicitur quasi sapida scientia, quæ abundat in ihs.  
 qui vruntur igne spiritus sancti, vt patet in Psal. vbi Psalm. 30  
 canitur: Quām magna multitudo dulcedinis tuae do-  
 mine. De hac dicit Basilius magnus. O dulcedo mellis  
 flua, o dulcedo admiranda, quām dulcis es in medita-  
 tione, dulcior in oratione, dulcissima in contemplati-  
 one, sed superdulcissima in beatitudine patriæ. Per  
 hoc donum expellitur luxuria. Quia secundum Gre-  
 gorium, gustato spiritu desipit omissis caro. Nam (vt  
 inquit Apostolus) animalis homo non percipit ea q̄  
 sunt spiritus dei. Hic igitur ignis spiritus sancti expel-  
 lens omnia peccata, vrens suauissimo amore, & con-  
 solans, si repertus fuerit in nobis, testimonium cres-  
 dibile nimis perhibet de Christo, quod ipse vere sit in  
 nobis, & nos in illo per inhabitantem spiritum e-  
 ius in nobis, vivificantem nos in vita ipsius, & testi-  
 ficantē quod vere filii dei sumus. Ex effectu enim Roman. 8  
 cognoscit causa. Ait autem in Moral. Iob sanctus papa  
 Gregorius: Habitare animā in corpore, probant sensus vitales corporis. Habitare vero spiritum in aja  
 probat vita spiritualis. Hie ignis debet diligentissime  
 conseruari, primo sub cinere, id est, meditatione  
 mortis, secundo sufflando, id est, orando, tertio ma-  
 teria igni ministrando, id est, opabona multiplicando  
 quia iubet dominus dicens: Ignis in altari meo semper ardebit. Leuitic. 6  
 b 2

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

**C**In die Pentecostes quomodo homines facti sunt dij, & præconia charitatis. Exhortatio V.



Haritas dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Ad Romanos 5. In solennitate nativitatis domini nostri Iesu Christi declaratur, quomodo deus factus est homo, non confusione substantiæ, quasi ex deo & homine fieret vna substantia vel natura (quod fieri est omnino impossibile) sed unitate personæ, quia manente utraque (utriusque) naturæ, diuinæ scilicet & humanae substantia, ex deo & homine facta est vna persona, per gratiam unionis. Tamen enim gratiam donavit deus humanae naturæ, ut eam creando sibi uniret in unitate personæ. Hæc dicuntur gratia unionis. Hodie vero solennitate declaratur quomodo homines facti sunt dij. Hodie igitur deus in homines veniens diuinæ suæ naturæ eos participes effecit. Hoc innuit sanctus Petrus in prima sua Canonica, ubi ait: Maxima & preciosa vobis promissa donavit, ut per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ. Quod consortium tantæ est excellentiæ & nobilitatis, ut talibus dicat in spiritu Psalmista, (cui etiam testimonio dominus in Euangelio astipulatur) Ego dixi dij estis, & filii excelsi omnes. De quibus Euangelium: Qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. Filius regis est rex, filius dei est deus. Ergo filii dei sunt dij. Qualiter vero hoc fiat, dicit Apostolus: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Per spiritum sanctum deus factus est homo. Similiter per spiritum sanctum homo factus est deo, & homines dij per gra-

s. Petri. 2

Psalm. 81

Iohann. x

Roma. 9

DE BON. DIVINA LIB.II Fol.102

Tiam adoptionis. Adoptauit enim deus homines in filios & haeredes. Hæc tamen omnia non fiunt cum immutatione naturarum, sed per gratuita dona, dei dignatione exhibita. Quare vero necesse fuit quod deus fieret homo, non eit praalentis speculationis, sed spectat ad festum incarnationis dei. Quare vero necessarium erat quod homo fieret deus, pertinet ad præsentem solennitatem considerare. Sciendum est igitur quod homo conditus est ad æternam beatitudinem possidendam, & eam potest promereri, sed non solum ex propria natura, vel virtute. Beatitudo quippe æterna excedit proportionem humanæ naturæ. Quapropter homo non potest producere aliquem aeternum, qui posset per meritum atringere æternam beatitudinem. Sicut vis ignis candelæ ardenter, non potest calefacere aquam magnam, nisi adiuuetur virtute maioris ignis, quia vis candelæ non est proportionata frigiditati magnæ aquæ. Sic etiam oportet effectus meritorius humanus adiuuetur superiori virtute ad promerendum & acquirendum æternam beatitudinem, ad quam homo est creatus. Hanc superiorem virtutem appellamus gratiam gratum facientem, quæ est quoddam supernaturale donum habituale a deo infusum, secundum quod suaviter & promote ab ipso mouetur ad bonum æternum consequendum, hoc est, æternam beatitudinem. Per hoc donum scilicet gratiam gratum facientem, regeneramur in filios dei. Propterea gratia nobilior est ipsa anima, cum sit participatio diuinæ naturæ, sed non secundum modum essendi, cum sit accidens, & infunditur essentia animæ sicut proprio subiecto. Prior est etiam virtutibus theologicis, quæ ex ea prodeunt, sicut ex essentia animæ rationalis potentiae animæ oriuntur. Subiecta vero propria virtutum, sunt potentiae animæ, sed subiectum gratiarum est essentia animæ. Et sic gratuito dono diuino, tam in essentia animæ, quæ

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

etiam in potestis eius, efficitur homo particeps diuinæ naturæ. Sicut enim per potentiam intellectuam homo participat cognitionem diuinam per virtutem fidei, & secundum potentiam voluntatis amorem diuinum per virtutem charitatis: ita etiam per naturam vel essentiam animæ principiat secundum quandam similitudinem naturam diuinam per quandam regenerationem sive recreationem. Hæc regeneratio, qua homo deus efficitur per participationem, fuit semper tantæ necessitatis, quod sine ea in nullo statu unquam potuit salvari, aut aliquid beatitudinis promerer. In statu enim innocentie & integratæ naturæ, indiguit ea ad volendum & operandum bonum supernaturale. In statu vero naturæ corruptæ, indiget ea primo ut curetur, secundo ut bonus supernaturæ operetur. Quādō vero in hac regeneratione gratia essentiae animæ infunditur, tunc inseparabiliter virtus fidei secundum esse suum perfectum infunditur potestitæ intellectuæ, virtus spei infunditur voluntati, virtus charitatis etiam infunditur voluntati & affectio- ni, in qua est amor. Et de hac infusione loquitur Apostolus quando dicit: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum quod datus est nobis. Non enim inest nobis à natura, nec aliquo modo naturaliter est acquisita, sed à spiritu sancto deo vero est infusa. Charitas itaque est amicitia quodammodo hominis ad deum, fundata super cōmunicationem beatitudinis æternæ. Hæc autem cōmunicatio non est secundum bona naturalia, sed secundum donationem gratuita. Quia (ut ait Apostolus) gratia dei vita æterna Vnde & ipsa charitas facultatem naturæ excedit. Quod autem excedit naturæ facultatem, non potest esse neque naturale, neque per potentias naturales acquisitus, quia effectus naturalis non transeedit suam causam. Vnde charitas non potest neque naturaliter nobis inesse, neque per vires naturales est acquisita, sed per infusionem spiritus sancti, qui est amor patris & filij, cuius participatio in nobis est ipsa charitas causata. Posset ergo hic dicere, Deus est maxime

Roma. 5.

Charitas defini-  
tio.

Roma. 6.

diligibilis, cū sit summe bonus, sed alia diligibilia diligimus sine habitu infuso, ergo nō oportet quod charitas nobis infundatur ad diligēdū deū. Ad hoc respō detur: Sicut deus secundum se est maxime cognoscibilis, non tamen nobis propter defectum nostrā cognitiois, q̄ depēdet in rebus sensiblibus: ita etiā deus in se est maxime diligibilis, inq̄tum est obiectū beatitudinis. Sed hoc modo nō est maxime diligibilis à nobis, prop̄ inclinationē affectus nostri ad visibilia bona. Vnde patet, quod ad deum maxime diligendum hoc modo, nostris cordibus necesse est quod etiā charitas infundatur. Hic aduertite fratres, quod charitas (qua diligimus deum super omnia, & nosipso, & proximos in deo, & propter deum) est amor creatus à deo in nobis supernaturalis, & video charus, rarus atque incertus. Alij vero amores sunt nobis connaturaes, idcirco faciles, & affectionem nostram qua p infusione charitatis deum diligere deberemus, plene & expedite visco insufficiunt: & per hoc vel totaliter impeditur vel retardamur in dilectione dei, & captiuū tenemur. Charitas etiam datur hominibus non secundum capacitatē eorum naturalem, sed secundū voluntatem spiritus sua dona distribuentis. Hoc innuit S. Iohannes vbi ait: Spiritus vbi vult spirat. Et Apost. Hæc omnia operatur unus & idem spiritus, diuidēs singulis prout vult. Non est ergo currentis, vel volentis, sed miserentis dei quod eū ex charitate & merito nre diligimus, magis & minus, secundū mēsuram dominatiois Christi, q̄ misit spiritū suū in corda nostra, clamantē abba pater, id est clamare, vel benedicere, vel orare nos facit. Et quia charitas, id est, dilectio vel amor qua diligimus deum super omnia propter se ipsum sicut finale concupitum & amatum, quod ad aliud nō est referendū, puta q̄ eū amarem⁹ propter bonum nostrum propriū q̄qd illud esse posset, siue corp⁹, siue anima, siue præsentia, siue futura, siue proximus

Iohann. 3  
1. Cor. 12  
Roman. 9

Eph. 4.  
Gal. 4.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Sed potius omnia hæc, & omnia amabilia ad deū refe  
renda sunt, sicut ad bonū omniū & finale. Et p̄prera  
nihil est amandū qd ad deū referri p̄sentialiter nō po  
tes: excedit namque naturam nostram, scilicet talis  
charitas, ea propter etiam charitas infusa nos latet.  
Non enim certo scire possumus qud eam habemus  
nisi spiritus sanctus (qui dedit) docuerit nos. Nec ali  
quis tantæ insanæ sit, quod ex quibusdā signis hoc  
de se vellet iudicare: quia præsumptio maxima esset.  
Nec præsumat propter amorosos affectus vel insin  
ctus, vel tactus, vel tactus, quos interdū in se sentit  
ad summum bonum diligendum, vt pote quod est  
summe appetibile, quia tales affectus possunt oriiri  
vel ex ingenita natura dulci & amorosa, vel ex studi  
osa exercitationis frequentia. Hos affectus frequen  
ter sentiunt deuotarij. Verus deuotarius semper de  
bet sibi viles cere, & donis dei se indignū credere &  
estimare. Quia reuera omnē admirationē excedit,  
quod dominus deus dignatur nobiscum amoris sui  
inire consortium. Quis ergo se tantæ excellentiæ de  
bet incertus pro certo iudicare? Ecce subdo signum  
magnum & penē infallibile, & tamen potest tallere.  
Dominus dicit: Maiorem charitatem nemo habet, vt  
animam suam ponat quis pro amicis suis. Similem  
tamen affectum & gradum ex puris naturalibus, mul  
ti reperiunt ostendisse, sicut Augustinus narrat pri  
mo de Ciuitate dei, quod multi vtilitatem reipublicæ  
propriæ vitæ præponebant: hæc tamen siebant sine  
charitate. Itē aliquis potest se offerre martyrio pro  
pter fidē, vt tñ, ppter incertā stultitiam nō prospicit ad  
salutem, ergo sine charitate, sicut de illis legitur qui se  
interemerūt propria manu propter vitā futurā citius  
obtinendā. Simile est de ijs q defendēdo fidē, stolidē  
& vitiōse se exhibent, vñ, ppter tædiū vitæ, vel gloriā  
hūanā, vel alia motiva, q etiā ipsi nō dephendit. Ta  
les ponunt animas suas etiā sine charitate. Hæc contra

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol. 203:  
Prumptionem dicta sufficiat. Certitudo illa nobis humilibus & vilibus, & ingratis peccatoribus, sacerdotio corario induit, sufficere debet quod habemus dominum deum optimum, cuius bonitas non est mensurabilis, nec propter peccata nostra cominutabilis, quod vult nos habere confortes amoris sui, & amplius vult quam nos velle possumus, qui dat auersionem a peccatis omnibus, & tollit omen prauam voluntatem. Insuper dat nobis bona voluntate pro impletione voluntatis suae. Dat dulcem & amorem affectum in eum, & ardentes aspiratioes placendi ei & similia multa, ex quibus licet sumere fiduciam & certam expectationem diuini auxilij ad gratiam & gloriam, & non fraudabimur hac spe. Ne vero spes haec in presumptionem vertatur, adeo nobis timor proprietatis misericordie. Quod ergo formidamus, ex nobis est, qui potentes sumus nosipso perdere. Spes vero de bonitate dei est, qui potest, & scit, & vult nos saluare.

## DE CORPORIS ET SAN guinis Christi communione. Titulus. VII.

¶ De Christi charitate corpus &  
sanguinem suum nobis datus.

### Exhortatio. I.

 A mea vere est cibus, & sanguis meus  
vere est potus. Iohannis sexto. Dicit  
dominus Iesus alio loco: Maiorem cha-  
ritatem nemo habet, ut animam suam  
ponat quis pro amicis suis, hoc est, ut  
moriatur quis pro amicis suis. Vere per  
omnia magna haec est charitas. Quapropter dicit Apo-  
stolus: Vix enim pro iusto quis moritur. Nam pro homi  
no forsitan quod audet mori. Tamen abundantius hoc  
fecit dominus, quoniam non pro amicis, sed pro impiis mortuus est  
ut ibidem dicitur. Et subdit Apo. Cōmēdat autem charitatē

Iohan. 13

Rom. 13

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

suam deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Sed fere haec charitatem excessisse videtur dominus Iesus, quando carnem suam nobis in cibum, & sanguinem contulit in potum. Vbi unde tale quid auditum est? Leguntur quodam pro alijs mortui, & quotidie stipendiarij pro suis dominis moriuntur (non ex charitate sed propter avaritiam, & ex malitia atque insania) tamen nunquam inueniuntur est quod aliquis seipsum alijs præberet in cibum. Vere maiorem hac dilectionem vel charitatē nemo habet, ut carnem suam in cibum, & sanguinem daret quod amicis suis in potum. Hoc solus facere præualuit dominus Iesus, amator verus. Quod mortuus esset, nihil profuisset, nisi seipsum in cibum nobis & potum tradidisset. Vnde ipse dicit: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & bibereis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Ecce sine ista nutritione ex carne & sanguine domini Iesu, non est nobis (pro quibus ipse metu mortuus est) vita, sed qui manducat eius carnem, & bibit eius sanguinem, habet vitam æternam. Sed quomodo habet vitam? In me, inquit dominus, manet, & ego in illo. Considerando enim & bibendo eum incorporamur ei, & unum cum ipso efficiamur per fidem & charitatem. Et ideo sicut dominus Iesus secundum diuinam naturam quam accepit a patre, & eandem omnino quam habet pater, qui virtus est ipsa vita quam habet, iuxta quod alibi dicit: Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso, id est, ipse est ipsam vita. Igitur sicut filius habens vitam a patre, viuit propter patrem quia ab eo gignitur, ita qui manducat Christum, & ei incorporatur, viuit propter Christum qui est vita, & dat omnibus membris suis vitam. Et istud fit omni homini, quando spiritualiter nascitur, hoc est, quando baptizatur. Tunc recipit corpus & sanguinem Christi spiritualiter actu, & sacramentaliter in voto vel proposito, & viuit propter Christum cui incorporatur.

Iohann. 6.

ratur, qui dat suis membris vitam gratiæ, quæ perficietur in vitam gloriæ æternam. Ideo dicit dñs Iesus Qui mäducat meam carnem, & babit meum sanguinē habet vitam æternā, hoc est, in spe. Posset tamen dici habet vitam æternā, quia recipit in se deum, qui est vita æterna. Antequam ergo aliquis manducat carnem Christi, & antequam bibit sanguinem eius, non habet vitam in se, qua Christus p mortem suam universum mundū viuificauit. Non ergo profuisset charitas domini Iesu, qua pro nobis posuit animā suam, nisi eadem charitate corpus suum, & carnem dedisset nobis in cibum, & sanguinē in potū. Gratiæ sint deo, quia nos iam receperimus cum baptisatis spiritualiter tantum, & quotidie recipimus carnem Christi & sanguinem eius sacramentaliter & spiritualiter simul, qđ habent baptisati in voto tantum, & per ea vitam gratiæ & gloriæ, in consortium filiorum dei translati. Et nunc audiamus dominum Iesum de nobis (qui hic p fentes sumus) dicentem: Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi dominus. Præ teneritudine dilectionis omnes fidèles, & nos tales, id est, fidèles pueros vocat. qui pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem. Ipse enim dominus Iesus viuit in nobis, dando vitam, & nos in eo viuimus, accipiendo vitam ab eo quando communicamus corpus suum sumendo & sanguinem. Ecce charissimi qualem charitatem dedit nobis deus pater per suum consubstantialem filium, vt filij & pueri dei nomine mur & simus, imo vt permaneamus. Si enim hanc carnem & hunc sanguinem non haberemus, nec querenter comederemus & biberemus, charitatis C H R I S T I (quam moriendo pro nobis exhibuit) obliuisceremur. Ideo dixit ea dando: Hoc facte in mēa cōmemorationē. Data vero obliuioni tali charitate, ppter ingratitudinē nō essem⁹ digni fructū

Iohann. 6.

Isa. 8.

Heb. 2.

t. Ioha. 4.

Matt. 26.

1. Cor. 11.

## D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

eius, scilicet vita spirituali gratiæ & gloriæ. Rursum si non frequentaremus corpus & sanguinem Christi non nos præpararemus. Nunc vero omnis communis nictatur propter præsentiam Christi, tam in humilitate quam etiam in diuinitate, abhorret indignus accedere. Eapropter secundum sancti Pauli monita, seipsum probat, examinat, dolet de peccatis, confitetur, meliorationem vitæ assumit, ne sit indignus accedere, & reus existat corporis & sanguinis domini, quæ omnia non essent, sed tabescerent peccatores in fôrdibus suis. Ecce quam paternæ solicitudinis charitatem impendit nobis dominus Iesus, dando nobis carnem suam in cibum, & sanguinem in potum, ut fructus passionis suæ semper in nobis reperatur, & æterna salus condonetur. Amplius viscera pietatis suæ continere non potuit ipse (qui delectabatur delicias suas esse cum filiis hominum) quin poneret mensam conuiuij suis, & super eam panem versum (coctione ardentissimæ charitatis) in carnem suam, & vinum versum in sanguinem suum, veram escam angelorum, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suavitatem, ut experientur filii hominum delicias charitatis suæ. O quantæ sunt delitiae conuiuij domini, vbi est dominus reficiens conuiuas carne & sanguine suo, cui dicitur: O quam bonus & suavis est domine spiritus tuus in omnibus. Et iterè: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine, q̄ abscondisti timentibus te. Sicut em̄ manna timentibus deum erat esca suauissima pro vniuersisq; voluntate, & malis non reverentibus deum erat esca insipida, ut patet in libro Numerorum (Vnde dixerunt Anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo) sic est etiā in esca mensæ domini (cuius manna erat figura) quod bonis est deliciosa supra omnes voluptates, malis vero est insipida, quanquam etiam bonis dominus Iesus interdum cibum suum cum amicitia

Prouer. 3

Sapien. 12

Psalm. 30

Sapien. 16

Numer. 22

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol.205

præbeat sine gusto suavitatis: de quo turbari non debet conscientia bona. Expedit interdum hoc fieri, ut crescat reuerentia, & inardescat desiderijs anxijs inflammata charitas. O delicata Iesu sponsa quid patris, denegatis sponsi Iesu amplexibus! Fratres mei dilectissimi, quādo igne accensus fuit dominus Iesus quando nobis talem charitatem exhibuit? Assatus quippe igne passionis & amoris, accensus est charitate pī ardoris. In cuius signum tunc sudauit, quando se in captiuitatem donauit: Factus enim fuit sudor eius tanquam guttæ sanguinis decurrentis in terram Quādo aliquis stat iuxta paruum ignem, sudat in facie, sed quando stat iuxta magnum ignem, sudat in toto corpore. Igitur magnus ignis in Christi pectore erat, quando toto corpore sudauit. Talis etiam consuevit multum sitire. Hinc est quod in tanto calore, sitio clamauit Iesus. Sed quid charitas situit? Ait Sanctus Bernardus: Sitio ait, non doleo. O domine quid sitis? Fidem nostram, salutem nostram, gaudium nostrum. Non nihil etiam probat calorem Christi charitatis, abiectione vestium: quasi factō diceret. Prē nimio ardore vestes retinere non valeo. Idcirco nudum se cruci affigi permisit. Nudatus vero totus rubicundus apparuit. Quia homo stans apud ignem paruum rubet in facie, sed stans ad magnum ignem , rubet in toto corpore , maxime si multum laborauerit. Nisi mihi etiam calor corpus resoluit, & mortem inducit. Sic dominus Iesus propter nimiam charitatem qua dilexit nos, mortuus est. Cognita ergo charissimi Christi ad nos charitate, & nos reamare non possimat. Sed dicet aliquis: Quid est charitas? Dico breui ter. Charitas est amicitia inter dei & homines, imo & angelos. Non tamen quilibet amor habet rationē amicitie, sed amor qui est cum benevolentia, quando scilicet sic amamus aliquem , ut ei bonum velimus. Sed talis benevolentia non sola sufficit ad rationem

Lucæ 22.

Iohan. 19.

Bernard.

Cantic. 5

Charitas  
quid.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

amicitiæ, sed requiritur quædam mutua amatio, qñ  
amicus est amico amicus. Talis autem mutua bene-  
uolentia, fundatur super aliquam communicationē,  
vt inter conciues, consanguineos & mercatores, &c.  
Cum ergo sit aliqua communicatio hominis ad dñm,  
secundum quod nobis suam beatitudinem communis-  
cat, super hanc communicationem oportet aliquam  
amicitiā fundari, de qua quidem cōmunicatione dici-  
tur: Fidelis deus, per quē vocati es̄tis in societatē fi-  
lij eius. Amor aut̄ super hanc communicationē fun-  
datus, est charitas. Fauet ipse dñs nobis beatitudinē  
acceptamus & feruerit amor, ipso fauente & donante,  
nobis ipsi cōgaudētibus & felicitatē recipiētibus. Sic  
augeat ignis eundo & redeundo inter amates. s. deum  
& nos. Nemo tñ propter hoc iudicet se esse in gratia.  
Est bonū signū, sed non certitudo. Nec potet aliquis  
se propter hunc accessum ad dñm se non ligari, ad ho-  
ras laudis dei soluēdas, quia vtrq; tenetur soluere de-  
bita. Iḡf charissimi sicut dñs ex sua naturali bonita-  
te ac beneuolentia amat nos, volendo nobis omne  
bonū quod habemus, & communicat nobis æternam  
beatitudinem suam: ita nos qui nihil eidare possum⁹  
(quia bonorum nostrorum non eget) ex beneuolentia  
congaudeamus ipsi superinestimabili & inexplica-  
bili, infinita & incontaminata bonitate eius. Lau-  
demus, honorificemus, & glorificemus eum. Eſi pro-  
pter ſeipſum quereramus & omnia propter eum, &  
non propter nos, vel quodcumq; aliud, quia velle ali-  
quid aut diligere propter nosipſos, ſpectat non ad az-  
morem amicitiæ, sed concupiſcentiæ, ſicut amatur e-  
quis vel vinum. Eū vero deſideremus cognoscere at  
que diligere, & de ipſo ſolo gaudere in æterna vita  
propter ipſum, vt glorificeſ in nobis. Viaticū vero  
ad illā vitā eſt caro & ſanguis Christi. Quæ cum fu-  
mimus, cū ſumma reverentia & maxima charitate di-  
camus ei: O dñe Iesu, amator veriſſime, & ſaluator

x. Cor. 12

Psalm. 15

DE BON. DIVINA LIB.II. Fol. 206;

fortissime, nunc ostende benevolentiam tuam, præsens es, & vides omnia interiora mea. Munda, illumina, accende atq; conforma. Munda, sc; à peccatis illumina intellectum, accende affectum, conforma voluntatem meam tuæ sanctissimæ voluntati.

**Quomodo sacramentum hoc eucharistie vniat nos deo. Exhortatio II.**

**N**emo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis, qui est in cœlo. Ioh. 3. Ista verba nostri saluatoris sonant terribiliter. Si em̄ nemo ascendet in cœlum, nisi ipse solus, prout ista verba ab eo, & de eo ipso dicta sunt, ergo nemo nostrum saluabitur. Sed inquiramus diligēter donec ad medullam perueniamus, & gustabimus dulcedinem magnam & recipiemus consolationem maximā. Dominus Iesus (qui hæc verba protulit) est perfectus deus & perfectus homo, & vna persona. Tanta est illa vnitas, vt quicquid deo est proprium, communicatur homini, & quicquid homini est proprium, comunicaſ deo. Sic honorauit deus humanā naturam. Vere multum tenemur conditori vniuersorum, qui non angelos apprehendit, sed semen Abrahæ, id est, humanā naturam. Ex hac vnitate diuinæ naturæ & humanæ in vna psona, verū est quod filius hominis, (sc; Mariæ) erat in terra vbi loquebatur, & etiam erat eodem momento in cœlo, à quo etiam descendebat, in quo tamen secundum humanam naturam nunquam fuerat. Iste filius hominis dicitur creator cœli & terræ, & deus & dominus vniuersorum. Et idem deus immortalis dicitur passus, crucifixus, & mortuus. Quando autem dicitur descendisse de cœlo, non est intelligendum quod D I V I N I T A S cœlum reliquerit, sed quod deus qui semper

Hebræ, 2

D. PETRI LEYDIS CARTHVS

vbiq; totus est, & in celo à beatissimis spiritibus cōspicitur beatifica visione, in terra singulari modo es-  
sendi apparuit, scilicet per assumptionem humanę na-  
turę in vna diuina persona. Iste etiam solus auctor est  
in celum. Per hoc tamen non excluduntur qui vnu  
cum eo facti sunt, sed potius includuntur. Iam ma-  
gna industria agendum est, vt vnum cum ipso fiant,  
q; saluari volunt. V olens videre & introire in regnū  
dei, id est saluari, requisuit in nocte ad Iesum veni-  
ens Nicodemus, per quem modum h̄c fieri posset, &  
audire meruit: Nisi q; renatus fuerit denuo ex aqua  
& spiritu sancto, non potest videre, neque introire  
regnū dei. Ista noua nativitas, saluandos vnum es-  
se facit cum Christo. Sed dicet aliquis, quomodo po-  
test hoc fieri? Aduertite fratres. Quando aliquis ini-  
delis diuisus à Christo, vult vnum fieri cum Christo  
exorcizatur & imbutitur, quod recedat ab infidelitas  
te & omnibus peccatis, & conuertat se ad Christum,  
qui vtq; deus est, commoriatur ei, id est, in morte es-  
tus peccatis moriatur, sepeliatur, resurgat, & in nos-  
ua vita vivat Christo, ipsi complantatus, & tunc vnu  
erit cum Christo, quæ omnia per similitudinem fūt  
in baptisatis, attestante beato Paulo Apostolo in di-  
uersis locis. Vnde scribit ad Romanos: Quicq; ba-  
ptisati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptis-  
ati sumus. Ecce vbi comonoritur Christo baptisatus.

Sequitur: Consepulti enim sumus in illo per baptis-  
mum in mortem. Ecce quomodo mortuus est sepul-  
tus. Sequitur: Ut quomodo Christus resurrexit à  
mortuis per gloriam patris, id est, per gloriosam po-  
tentiam: ita vt nos in nouitate vitæ ambulemus. Es-  
ce quomodo sepultus resurgit & viuit, non in antiqui-  
tate vitiorum, sed in nouitate vitæ, gratiæ. Sequitur:  
Si enim complantati facti sumus similitudini mortis  
eius, simul & resurrectionis erimus, scilicet quoad  
nouitatem vitæ. Dicit complantati facti sumus, quia

Iohann. 3

Roman. 6

diceret, per mortem Christi sumus euulsi de peccato tanquam de terra mala, & plantati in terra gratiae bona, cū Christo. Dicit similitudini mortis eius, quia sicut Christus mortuus est & sepultus, & resurrexit, sic qui per fidem Christo coniunguntur, & auertēdo se ab infidelitate, & omnibus peccatis, cōuertūt se ad deū, auertendo se a commutabili bono, & conuertēdo se ad incommutabile bonum, scilicet deum, vere p̄c̄nitent, illi iam per mortem Christi (hoc est, per mesritum mortis sui, quod eis communicat Christus, tā quam ipsimet mortui essent pro peccatis suis) moriūtur. Et quando merguntur in aquis baptismatis, sepe iuntur. Et inde se erigentes, resurgunt. Ecce similitudo eius qui baptisatur, quomodo moritur, sepelit, resurgit, & in nouitate vitæ viuit, Christo complasatus, vt iam non sibi p̄spī, sed Christo viuat. De quo Apostolus: Quoniam, inquit, si vñus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, id est, ita debet viuere, ac si omnes essent mortui sibi p̄spī, nihil de cætero de proprijs desiderijs curantes, & sic viuūt Christo, vitam suam ordinantes ad eius honorem. Et subdit Apostolus: Pro omnibus mortuus est Christus ve qui viuunt, iam sibi non viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Prædicta omnia quæ baptisato communicantur, per quæ vnum efficitur cum Christo, non possunt iterari, dicente Apostolo: Voleuntarie peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam nō relinquitur pro peccatis hostia. Et iterum dicit: Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, & gustauerunt cœlestis donum, & participes facti sunt spiritus sancti, & prolapsi sunt, renouari rursus ad p̄nitenitiam (scilicet per baptismum) secundum modum iam prædictum, quia baptismus est lachrum regenerationis & renouationis, vt ait Apostolus ad Titum: Potest tñ qui prolapsus post baptisatum, ad p̄nitenitiam palliā viam redire, sicut id ē Apo. 1. Cor. 5

2. Cor. 5

Heb. 10.  
Hebr. 6.

Tit. 3.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

2.COR.2

practicauit cum illo qui relictam patris sui duxerat  
in vxorem, quem ob id satanæ tradiderat, & tamen  
eundem iterum in gratiam recepit, nō per baptisimū  
sed per pœnitentiam. Sicut em̄ impossibile est homi  
nem bis nasci secundum naturam humanam: ita im-  
possibile est hominem bis nasci secundum naturā dis-  
uinam participaram, quod sit in baptismate. Sed si  
cut per medicinalia & chirurgiam natura humana de-  
bilitata ac vulnerata reparatur & sanatur, & à mor-  
te naturali eripitur, sic per sacramēta & dona dei na-  
tura diuina participata, per peccata debilitata ac vul-  
nerata, atq; desperdita reparat. Ea em̄ de causa, sacra-  
menta nouæ legis instituta sunt, tanq; medicinalia,  
& per ea vniō cum Christo custodit. Signum em̄ vni-  
onis cum Christo in baptismate animæ impressum,  
id est, character, nunq; delebitur, etiam in malis Chri-  
stianis & damnatis. Sed in illis manet ut signum vni-  
onis fidei suscep̄. In bonis & o Christianis manet ut  
signū vniōnis infidei & gratia gratū faciēt. Igif per  
sacramētū pœnitentiae reparantur omnia desperdi-  
ta per modum medicinæ curatiuē. Da t̄ em̄ vulnera-  
tis ac debilitatis in vita spirituali, ut curētur, & grati-  
am gratū facientem recuperent, perseverando in vni-  
one cum Christo, ne priuentur ascensione cum eo in-  
ecclum. Sacramētum vero altaris ( cuius hodie de-  
uotissimam agimus solennitatem ) datur viuenti in  
vita spirituali per signum cibi & potus, ut recuperen-  
tur desperdita vel consumpta, & augēant vitę spiritu-  
ali necessaria, sicut facit cibus corporeus in corpore.  
Et per ipsum sacramētum augēt gratia, & perficit  
spiritualis vita ad hoc, ut homo in seipso perfectus  
existat per coniunctionem ad Christum. Cibus em̄  
& potus perficit hominem in natura humana. Hic  
vero cibus conuertit hominem in deum, hoc est, in  
divinam naturam participatam, per coniunctionem  
vel vniōnem ad ipsum. Et ergo signum vnitatis &

vniōnis cum Christo, qui est caput corporis ecclēsiae  
 nos vero membra sumus corporis eius , de carne  
 eius, & de ossibus eius. Quia ergo nos pueri ( vt dici-  
 tur ad Hebræos ) communicamus carnem eius, &  
 sanguinem, & ipse communicat nobiscum, & est ca-  
 put ex quo totū corpus ( mysticum scilicet ) cōpactū  
 & connexum est per omnem iuncturam, vt ieq; sumus  
 vnum cum eo. Idcirco quo ascendit, nos quoq; ascen-  
 demus cum eo, hoc est, in cœlum, qđ nobis ipse conce-  
 dat, Amen. Hoc sacramentum ( quod significat vnio  
 nem & vnitatem corporis mystici cum capite, id est,  
 Christo scđm Augu. & vt ieq; verę est ) recipiunt oēs  
 baptisati, senes cum iunioribus. i. rem sacramēti. De Iohann. 6  
 quo loquitur Christus apud Iohannem: Nisi mandu-  
 caueritis carnem filij hoīs, & biberitis eius sanguinē  
 non habebitis vitam in vobis. Baptisati em̄ pueri &  
 alijs, habēt vitam spiritualem, & si moriunt̄ ante q; fa-  
 cramentaliter hoc sacramentū suscipiunt, vt ieq; saluā-  
 tur, & vnti Christo cœlos ascendunt, ergo necessa-  
 rio rem sacramenti receperunt, & spiritū Christi, de  
 quo viuunt. Nos vero quotidie vnimur Christo in  
 suscipiendo hoc sacramētū: ergo fiducia nobis ma-  
 gna est, quod cum eo cœlos ascēdemus. Ecce( vt pre-  
 dixi) si ad medullam verborum Christi peruenire po-  
 terimus, gustabimus dulcedinem magnam, & recipi-  
 emus consolatiōem maximam. O quam magna mul-  
 titudo dulcedinis domini, quam abscondit, id est, in  
 abscondito dat, timentibus se, id est, amorosa reue-  
 rentia, & reverentia amorosa tractant hoc sacra-  
 mentum vniōnis & vnitatis, ita qđ superdulcissimo & as-  
 morosissimo Iesu incorporantur, & in uno suo spiri-  
 tu viuunt, & cum eo qui solus cœlos ascendere dicis-  
 tur, vnum cum eo effecti, ascendere queant.

Ephesi. 3

Hebræ. 2

Ephesi. 4